



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab Anno 1746. usque ad
Annum 1749

Luxemburgi, 1753

Pontificatus Anno VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74761](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74761)

BULLARIUM ROMANUM.

TOMUS DECIMUS-SEPTIMUS,

SIVE

CONTINUATIONIS PARS UNDECIMA.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

BENEDICTI XIV.

PONTIFICIS CCLI.

CONSTITUTIONES, EPISTOLÆ &c.

ANNO
1746.

ANNO
1746.

JURISDICTIO EPISCOPORUM
in Ecclesias Parochiales Regularium pro Indiarum Regionibus declaratur.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.



UAMVIS ad confirmandum Ecclesiastici regimini ordinem, superiori Pontificatus Nostri anno, videlicet octavo Idus Novembr. 1744. Apostolicas Literas ediderimus, quarum initium est: *Firmandis, atque asserendis*, in quibus non modò Sacro-

sancta Tridentina Synodi Decretis, ac Prædecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum Constitutionibus inherentes, jurisdictionem Episcoporum in omnes, & quoscumque Regulares Animarum curam personarum secularium exercentes constabimus; verum etiam judicia sequentes in peccatiis controversiis prolata a Congregationibus Generalibus Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Ecclesiasticis discutiendis negotiis auctoritate Apostolica præpositorum, certos & congruos limites constituimus, quibus tum Episcopalis auctoritas in prædictorum Regularium Ecclesias, atque personas, tum exemptiones in hujusmodi rerum genere ab ipsis Regularibus præterse, & pluribus in casibus eisdem debite, continerentur: Has tamen alteras pari auctoritate Literas adjicere compellimur, ut hac ipsa in re Parochialium etiam Ecclesiarum, quæ in Indiarum Regionibus sunt, optimo regimini,

atque utiliori administrationi, quantum cum Domino possumus, similiter consulamus.

Sanè ubicumque Animarum cura personarum secularium adnexa sit Monasteriis, seu Domibus Regularium Virorum sive Mulierum, quicumque hujusmodi curam exercent, sive is Regularis, sive secularis Sacerdos existat, in his, quæ pertinent ad ipsam curam, & ad Sacramentorum administrationem, Episcopi Diocesani jurisdictioni, visitationi, & correctioni subesse debet; ipso jubente Sacro Tridentino Concilio sess. 25. cap. 11. de Regularibus, per hæc verba: *In Monasteriis, seu Domibus Virorum, seu Mulierum, quibus imminet Animarum cura personarum secularium, præter eas, quæ sunt de illorum Monasteriorum, seu locorum Familia, persona tam Regulares, quam Seculares hujusmodi curam exercentes subsint immediatè in iis, quæ ad dictam Curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cujus Diocesi sunt sita.* Cujus etiam Concilii providentiâ ulterius statutum est, ut nemo ad animarum curam in prædictis Ecclesiis, etiam ad tempus, sive amovibiliter ad nutum, exercendam, admittatur vel deputetur, absque consensu Episcopi, & sine examine coram ipso, vel coram ipsius Vicario antea faciendo; sic enim decrevit: *Nec ibi aliqui etiam ad nutum amovibiles deputentur, nisi de ejusdem consensu, ac prævio examine per eum, aut ejus Vicarium faciendo.*

Equidem aliàs beate memoriæ Prædecessori Nostro Sancto Pio Papæ V. ex parte clara memoriæ Philippi II. Hispaniarum Regis Catholici exposito, quod in partibus Indiarum Maris Oceani, propter deficientiam Presbyterorum, Officia & munia Parochialia a Religiosis Viris exercebantur, qui, magno animarum fructu, Indorum conversiones promovebant, & Ecclesiæ Sacramenta eisdem administrando, ac Verbum Dei prædicando & explicando, Religioni ac pietati utilem navabant operam; idem Pius Prædecessor, supplicationibus super hoc ex parte dicti Philippi Regis humiliter sibi porrectis incli-

Persona Curam Animarum exercentes, quamvis Regulares, jurisdictioni Ordinarii subint ex Concilio Tridentino

Nemo ad Curam assumi debet, ex eodem Concilio, nisi de consensu, & approbatione Ordinarii.

S. Pius V. anno 1567. ex specialibus causis indultit, ut Regulares in Indiis Maris Oceani independentes ab Ordinariis Curam exercere possent.

Exordium a Pontificis providentia in asserenda Episcoporum jurisdictione.

Eandem peculiariter firmare intendit pro Indiarum Regionibus.

natus, per suas Literas incipien. *Exponi Nobis*, datas apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XXIV. Martii anno MDLXVII., omnibus & singulis Religiosis, quorumcumque etiam Mendicantium Ordinum, in dictis Indiarum partibus, in eorundem Ordinum Monasteriis, vel de suorum Superiorum licentia extra illa commorantibus, ut in locis ipsarum partium eis de simili licentia assignatis, vel assignandis, Officium Parochi, Matrimonia celebrando, & Ecclesiastica Sacramenta ministrando, prout eatenus consueverunt, (dummodo ipsi in reliquis ejusdem Concilii Tridentini formam observarent) exercere, & Verbum Dei, quatenus Indorum illarum partium Idioma intelligerent, de suorum Superiorum licentia, in eorum Capitulis Provincialibus obtenta, predicare, ac confessiones audire, liberè, & licitè valerent, seclusa etiam Ordinariorum Locorum licentiâ, per hæc expressa verba: *Ordinariorum Locorum, & aliorum quorumcumque licentiâ minime requisitâ*, facultatem, auctoritate Apostolica concessit, & indulgit: Volens insuper, & eadem auctoritate statuens, *Ne in locis dictarum partium, in quibus essent Monasteria Religiosorum, qui Animarum curam exercerent, aliquid per Episcopos innovaretur.*

Verum hujusmodi Privilegium, sive Indultum a Sancto Pio Prædecessore, ut præfertur, concessum, immutatis forsitan rerum circumstantiis, executione & effectu caruisse oportet. Siquidem apertè conspicimus Episcopos prædictarum Regionum, non multos post annos, suam in præmissis auctoritatem, & jurisdictionem retinuisse. Etenim in prima Synodo Limana Provinciali anno Domini 1532. celebrata, præfidente in ea Sancto Turribio, tunc, dum in humanis agebat, Ecclesie Limanæ Archiepiscopo, ipsius Synodi *Cap. 16.* ita expressè cautum reperimus: *Nullus posthac Clericus Parochiam Indorum absque Episcopi collatione suscipiat, vel administret: qui aliâs susceperit, etiamsi proprio Rectore Parochia destituta sit, anathemate feriatur. Idem a Regularibus observetur.* Eidemque Limanæ Synodo consonat Provincialis itidem Synodus Mexicana anno Domini MDLXXXV. sub bonæ memoriæ Petro Moja de Contreras Archiepiscopo congregata, & successively, nempe anno MDLXXXIX. ab Apostolica Sede examinata, & approbata, quæ sub Titulo: *De Visitatione propriæ Provinciae S. III.* statuit, ut infra, videlicet: *Visitent Episcopi Ecclesias, & quas Doctrinas vocant, seu Conditiones, ubi Religiosi commorantur &c. Visitent etiam Religiosos in prædictis Doctrinis, seu Conditionibus degentes, quoad Animarum curam, quam exercent; eosque paterno zelo corrigant, eorum honori & bonæ famæ prospiciant, atque id omne præstent, quod ad effectum ejusmodi necessarium sit, juxta Decretum Sacri Concilii Tridentini; Collimantibus in eundem scopum his, quæ præscribuntur inferius Tit. de Regularibus, & Monialibus S. XIX. ibi: Juxta id, quod a Concilio Tridentino decretum est, & per Schedam Regiæ Majestatis dispositum, Regulares qui Indorum curam gerunt, ab Ordinariis visitari, eisdemque Subditi esse debent, tam quoad Doctrinam edocendam, quam quoad Sacramenta administranda.*

Quamvis verò subinde a piæ memoriæ Gregorio Papa XIV. Prædecessore quoque Nostro aliæ Apostolicæ Literæ, quarum initium est: *Quantum Animarum*, aliæque incipientes: *Exponi Nobis*, anno MDXCI. emanaverint, per quas superius relatæ Sancti Pii Prædecessoris Literæ confirmatæ fuerint, & innovatæ; quum tamen felices recordationis Prædecessor pariter Noster Clemens Papa VIII., per suas Literas in simili forma Brevis sub die VIII. Novemb. anni MDCL. expeditas, quæ incipiunt: *Religiosorum quorumcumque*, in forma specifica confirmaverit, & approbaverit resolutionem Congregationis Sanctæ Romanæ

Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, per quam firmatum extiterat, *Regulares, qui ab eorum Superioribus nominati, & a Locorum Ordinariis, seu eorum Officialibus approbati*, ad Animarum curam in Indiarum partibus exercendam, ob penuriam Sacerdotum secularium, mitterentur, non quidem habendos, & reputandos esse; tamquam Regulares extra Clausura vitam degentes; siquidem aliquot per singulas hebdomadas diebus ab Ecclesiis sibi commissis discedentes, in propriis Religiosis Domibus versabantur; sed in concernentibus curam Animarum, Ordinario Loci subesse; in reliquis verò, non Ordinario Loci, sed suis Superioribus subjectos remanere, de quorum licentiâ extra Clausura degunt. Quum deinde similis recordationis Gregorius Papa XV. etiam Noster Prædecessor in sua generali, & perpetuo valitura Constitutione, quæ incipit: *Inscrutabili*, per quam omnes indistinctè Regulares Animarum curam secularium personarum exercentes, aut quoquo modo Sacramenta ministrantes, Episcoporum visitationi, & correctioni subjecit; quibuscumque contrariis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcumque personarum, atque Ordinum tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militiarum, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, & cujusvis alterius Instituti, etiam necessariò, & in individuo exprimiendi, nec non Statutis, consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus, indultis, etiam in corpore juris clausis, aut ex causa, & titulo oneroso concessis, etiam Mari Magno, seu Bulla aurea, aut aliter nuncupatis, specialiter, & expressè de Apostolicæ potestatis plenitudine plenissime derogaverit. Quum insuper Noster quoque Prædecessor Innocentius Papa X. in suis pariter Literis Apostolicis anno MDCXLVII. datis, quæ incipiunt: *Cum, sicut accepimus*, confirmans præfata Congregationis resolutionem editam in Causa Angelopolitana Indiarum Occidentalium novæ Hispaniæ, approbaverit ipsius Congregationis sententiam, quæ ad propositum Dubium: *An Bulla Pii V. la 34. in ordine* (ea nimirum, cujus Nos superius meminimus) *concessa instante, & supplicante Serenissimo Rege Catholico, non ad petitionem Regularium sit revocata in Bullis Summarum Pontificum, in quibus exemptiones Regularium mitigantur.* Respondit: *Agendum cum Sanctissimo, an velit declarare, Bullam non esse revocatam; illam tamen non suffragari, nisi in locis, ubi est defectus Parochorum.* Quum denique ipsi Catholici Hispaniarum Reges, de Sacrorum Canonum observantia optime meriti, & de Tridentini Concilii executione solliciti, Episcopis per Indias sibi subjectas constitutis opem auctoritatemque præstiterint, ut legitima jurisdictione in Regulares Animarum curam exercentes in suis respectivè Diocesisbus, pacifice fruerentur: jam constat, ipsis fatentibus Hispanæ Nationis Scriptoribus, neminem ex Regularibus nunc in iis Regionibus ad obeunda Parochialia munia in personas seculares admitti, nisi prævio examine, & approbatione Episcoporum Localium, sive ipsorum respectivè Officialium; & tam Concilii Tridentini Decreta, quam Romanorum Pontificum Constitutiones hujusmodi Decretis consentaneas, in prædictis Regionibus suum robur, & observantiam obtinere.

Neque porò in Indiis Orientalibus ignota sunt eorundem Apostolicorum, & Conciliarium Decretorum statuta: Siquidem ex Civitate Goana, celeberrimo in Indiis Orientalibus Lusitanis Regno subjectis emporio, nuperime accepimus, Venerabilem Fratrem modernum ipsius Civitatis Archiepiscopum, ipso præsertim favente Charissimo in Christo Filio Nostro Joanne II. lustri Portugalliæ, & Algarbiorum Rege, cujus

Concessio-
nem hujus-
modi effectu
caruisse, plu-
ra suadent.

I.
Diffoctio
Synodi Pro-
vincialis Li-
manæ anno
1582.

II.
Et Synodi
Provincialis
Mexicanæ
anni 1585.

Et licet Lite-
ræ Pii V. a
Gregorio
XIV. confir-
matæ fue-
rint.

III.
Nihilominus
Clemens
VIII. Regula-
res Anima-
rum Curam
in Indiis

1746.
exercentes
Ordinarius
subjectos vo-
luit.

IV.
Gregorius
XV. genera-
liter omnes
Regulares
Curam exer-
centes Ordina-
riis subje-
cit.

V.
Innocentius
X. juxta Vo-
tum dictæ
Congreg.
Literas S. Pii
V. in locis
ubi esset de-
fectus Paro-
chorum, suf-
fragari de-
crevit.

VI.
Regulares
in dictis Re-
gionibus ad
Curam actu
non admit-
tuntur, abs-
que examine,
& approba-
tionè Episco-
porum.

Archiepiscopus
Goz
jurisdictionem
in Regulares
ad Curam Ani-
marum exer-
cupates exer-
cet.



perspecta pietas, & Ecclesiastica disciplinae zelus hac etiam in re clarissime emicuerunt, atque adjuvante dilecto Filio Nobili Viro Marehione Castri Novi in praedictis Regionibus Pro-Rege, ac strenuo Regiae voluntatis Administro; concessam sibi a Tridentina Synodo jurisdictionem, & facultatem, quoad examen, & approbationem Regularium ad Animarum curam personarum secularium deputatorum; intra Dioecesis suae fines, plenissime, ut par erat, exercuisse.

Sed quoniam eorum, quae bene statuta sunt, quaeque ad optimum Ecclesiarum statum maxime pertinent, perpetua & generalis executio, atque inconcussa observantia, magnopere Nobis cordi esse debet; neque committendum, ut illius in posterum dubiis, & controversiis aditus pateat in huiusmodi rerum genere, in quo maximum Ecclesiasticae disciplinae momentum vertitur; idcirco motu proprio, & certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, volumus, statuimus, & ordinamus, praedicta Tridentinae Synodi Decreta, singulaeque Apostolicas Constitutiones, tam a Praedecessoribus Nostris, quam a Nobis, in eorumdem Decretorum confirmationem, ampliationem, & extensionem editas, quoad Episcoporum iura, ac debitam ipsis subjectionem a Regularibus Animarum curam personarum secularium exercentibus; ut nempe Regulares ipsi, etiam quantumvis exempti, ad huiusmodi curam obeundam, sine praevio Ordinariorum Locorum examine, & approbatione, accedere, aut in ea se ingerere nequeant, & in iis omnibus, quae ad praedictam curam quocummodo pertinere dignoscuntur, eorumdem Ordinariorum jurisdictioni, visitationi, & correctioni subjaceant; deinceps tam in praedicta Goana, quam in reliquis Indiarum Orientalium Civitatibus, Dioecesebus, atque Provinciis, locum omnino habere, ac perpetuo, & incommutabiliter observari debere: Decernentes & declarantes, praesentes Nostras Literas omnes, & singulos Regulares quorumcumque tam Mendicantium, quam non Mendicantium Ordinum, Militiarum, etiam S. Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, etiam Jesu, & cuiusvis alterius Instituti etiam speciali mentione digni, ac necessario, & in individuo exprimendi, ac quibusvis privilegiis, & exemptionibus suffulti, omnino arcere & afficere, eosque ad plenam, & integram praemissorum observantiam fore efficaciter obligatos.

Insuper easdem praesentes, etiam ex eo, quod Superiores Regulares, & ceteri quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vicio, seu intentionis Nostrae, aut alio quovis defectu etiam quantumvis magno, inexcogitato, ac substantiali, aut ex quocumque alio capite a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua, resultante, aut quocumque alio colore, vel causa quantumvis privilegiata, etiam in corpore juris clausa, ac tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret; notari, impugnari, invalidari, in jus, vel ad controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus eas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, sive aliud quodcumque facti, gratiae, vel iustitiae remedium impetrari posse; sed ipsas semper perpetuoque validas, firmas, & efficaces esse & fore, suoque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere: sicque & non aliter in praemissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, nec non Sanctae

Romanae Ecclesiae Cardinales etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicae Nuntios, ac alios quavis auctoritate & potestate fungentes, in quavis causa & instantia, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & definiri debere: Et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra & Cancellaria Apostolica Regula de jure quaesito non tollendo; nec non memoratis Sancti Pii V., & Gregorii XIV. Praedecessorum praedictorum respective Literis, ceterisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in Conciliis Generalibus editis, etiam specialiter in favorem quarumcumque personarum, atque dictorum Ordinum tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Congregationum, Societatum, etiam praedicta Militiae Sancti Joannis Hierosolymitani, & cuiusvis alterius Instituti, etiam Societatis Jesu, ac Monasteriorum, Collegiorum, Domorum, ac Locorum Regularium quorumcumque, nec non illorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, vel consuetudinibus etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indulgentiis, & privilegiis, etiam ex causa, & titulo oneroso, vel in limine foundationis, & in Mari Magno, seu Bulla aurea, aut aliter nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis Decretis, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, etiam ad Imperatoris, Regum, Reginae, Rerumpublicarum, & quorumvis aliorum Principum, & Personarum, quacumque Ecclesiastica, vel Saeculari dignitate fulgentium instantiam, seu eorum intuitu, & contemplatione, ac etiam consistorialiter, & alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, & extensionis, concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, quoad ea, quae praesentibus quomodolibet adversantur, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, ac quavis exquisita forma servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, praesentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Et quia difficile foret praesentes Literas, ad singula quaeque loca, in quibus de eis fides forsan facienda foret, deferri, etiam volumus, & eadem Apostolica auctoritate decernimus, quod illarum transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & Sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiasticae constitutae munitis, in Judicio, & extra, ac ubi opus fuerit, eadem prorsus adhibeatur, fides, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum confirmationis, innovationis, declarationis, sive extensionis, & ampliationis, derogationis, voluntatis, statuti, ac decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Contrariis plenissime derogat.

Fidem transumptis tribuit.

Sanctio penal.

Pontifex Concilii Tridentini Decreta, & Constitutiones in hac re editas, in omnibus Indiarum Orientalium Regionibus locum habere decernit.

Et sub hac dispositione Regulares curarumque Instituti comprehendit.

Praesentes nullo defectu notari posse statuit.

Aliter iudicari prohibet.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majori Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo quinto, sexto Kalendas Martii, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

D. Card. Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA

I. C. Boschi.

L. Eugenius.

Loco ✕ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

II.

Archiconfraternitati Doctrinæ Christianæ de Urbe conceditur Ecclesia Beatæ Mariæ Virginis de Planctu.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

SALUTARIS Doctrinæ fontes immensa Dei bonitate humano generi referatos, ad alendas, ac roborandas potissimum teneras Ecclesiæ plantas assiduâ curâ derivari, & singulis quibusque succrescentibus stirpibus abunde propinari, pro imposito Nobis Pastoralis Officii munere, cupimus; ut veniens statuto tempore Cælestis Paterfamilias, ac debitos ex eis fructus requirens, non ipsas arbores, tamquam infructuosas, succidi, & in ignem mitti jubeat, sed in beata Cæli vireta, æternum victuras, per suam misericordiam transferri concedat. Qua quidem de re, quum anxiam sollicitudinem Nostram jam pridem communicaverimus cum Venerabilibus Fratribus universis Episcopis Ecclesiæ Dei, per Encyclicas Literas datas die VII. Februarii anni MDCCXLII. Pontificatus Nostri Anno II., quibus plura distincte præscripsimus, quæ ad opus Dei in singulis Diocæsi-bus promovendum apta & opportuna esse censuimus; in hac verò illustriori Dominici Agri portione Nobis peculiariter concredita, ex qua voluit Deus ipsum veluti Cælestium aquarum Caput ad universam Terræ superficiem irrigandam dimanare, hunc ipsum in scopum vigilando, atque instando, diligentiam studiumque Nostrum hucusque conferre non destiterimus; magnopere expedire judicavimus animum Nostrum intendere ad stabilendum augendumque in hac Alma Urbe saluberrimum Institutum eximie Sodalitatis Doctrinæ Christianæ nuncupatæ, in eadem olim Urbe fundatæ, atque erectæ, cujus operosa, & assidua pietas exercetur in adjuvandis ejusdem Urbis Parochis, ad hoc, ut Pueri, & Adolescentes utriusque sexus, Catholicæ Fidei rudimentis, ac necessariis Christianæ Doctrinæ institutionibus informentur; proindeque ejusdem utilitatibus, & commodis, ad Dei gloriam, & Fidelium Animarum profectum, Prædecessorum Nostrorum exempla sequentes, uberius consulere decrevimus.

Sanè postquam Sancta mem. Pius Papa V. Prædecessor Noster per suas Literas in forma Brevis, datas sub Annulo Piscatoris die XXI. Octobris anni MDLXXII. Pontificatus sui anno VII., Congregationem Doctrinæ Christianæ in Alma Urbe jam tum institutam, & canonicè erectam, pluribus, ac peculiaribus gratiis, atque favoribus cumulaverat; recolendæ memoriæ Paulus Papa V. etiam Prædecessor Noster per similes Apostolicas Literas in forma Brevis, datas Tusculi die VI. Octobris anni MDCVII. Pontificatus sui anno III., ipsam Congregationem, nec non

singulas illius Personas, & Ecclesias, nempe Sancti Martini Regionis Arenule, & Sanctæ Agathæ Regionis Transtiberinæ, eidem Congregationi Apostolica auctoritate concessas, sub Sua, & Sedis Apostolicæ protectione suscipiens, eandem Congregationem Doctrinæ Christianæ in Basilica Principis Apostolorum in Archiconfraternitatem perpetuò erexit, & instituit, illiusque perpetuum Administratorem, & Protectorem constituit, & deputavit pro tempore existentem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem in Urbe prædicta, ejusque Districtu Romani Pontificis Vicarium in spiritualibus Generalem; ac ipsam Archiconfraternitatem, illiusque pro tempore Confratres, potestate & auctoritate aggregandi alias quascumque ejusdem Doctrinæ Christianæ Confraternitates per Orbem canonicè institutas, & instituendas, aliisque facultatibus, nec non Indulgentiis, & spiritualibus gratiis abundè ditavit. Deinde etiam felicitis recordationis Decessor Noster Clemens Papa XII., ut adeo pium, ac necessarium opus, cujus ipse Prædis munere olim perfunctus fuerat, majoribus semper incrementis augetur, eidem Archiconfraternitati redditus Congregationis Sancti Josephi in Ecclesia Sancti Pantaleonis Regionis Montium, ipsamque Ecclesiam, Apostolica auctoritate etiam perpetuò applicavit, concessit, & assignavit.

Verum quum hujusmodi redditus, alique ex piis Confratrum, aliorumque Fidelium largitionibus & dispositionibus adepti, impares adhuc esse dignoscantur ingentibus expensis, & sumptibus, quæ ipsa Doctrinæ Christianæ Archiconfraternitas sustinere solet; dum, inter cætera, ad promovendam in Populo immaculatæ Doctrinæ frequentiore audientiam, & respectivè sedulam Christianarum Institutionum explicationem, complura præmia diligentioribus pueris, & puellis per singulas Urbis Parochias distribuere, Mulieribus autem Doctrinam ipsam edocentibus, quæ per easdem Parochias dispersitæ, trecentarum numerum excedunt, Dotalia subsidia constituere, & Vestes elargiri consuevit; Quum etiam præfatæ Ecclesiæ, quas ipsa Archiconfraternitas possidet, ambo quidem nimis angustæ, alia verò ob nimiam ad Urbis centro distantiam, alia ob ruinofum, ad quem redacta est, statum, minus aptæ sint frequentioribus Populi conventibus, & piis hujusmodi Instituti exercitiis, quæ proinde huc illuc identidem transferri oportet: Nos, quibus saluberrimi hujus operis conservatio, atque etiam incrementum, magnopere, ut prædiximus, cordi esse debet, eandem Archiconfraternitatem non modò amplioribus proventibus augere, sed etiam in aptiori, & laxiori Ecclesia collocare, & sub speciali cælestis præsidii tutela constituere deliberavimus.

Et satis nimirum ampla, & decenter extracta, & ad Religionis memoriam insignis est Ecclesia Beatæ Mariæ de Planctu, olim Sancti Salvatoris in Cacaberis nuncupata, in qua Deiparæ Imago aservatur, celeberrimis in Alma Urbe prodigiis clara; quæ quidem Imago olim ad ipsam Ecclesiam, de consensu tunc existentium tam SS. Laurentii & Damasi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis dictæ Parochialis Ecclesiæ Collatoris, quam ejusdem Ecclesiæ Rectoris translata fuit; & in qua subinde Confraternitas sub invocatione ejusdem Beatæ Mariæ de Planctu canonicè erecta extitit, quæ postmodum nova Ecclesiæ, & Oratorii Aedificia, qualia nunc conspiciuntur, non sine ingenti pecuniarum impendio extrui curavit; ibique Dei cultum, & Beatissimæ Virginis honorem assiduis pietatis, & religionis operibus ad hunc diem laudabiliter prosequuta est. Hanc igitur Ecclesiam, ejusque Oratorium, una cum redditibus, & proventibus eidem adnexis, & ad

De Ecclesia Beatæ Mariæ Virginis de Planctu.

hujus-

Status Archiconfraternitatis Doctrinæ Christianæ de Urbe.

huiusmodi Sodalitatem Beatæ Mariæ de Planctu pertinentibus, prædictæ Archiconfraternitati Doctrinæ Christianæ concedere & applicare, non solum ipsi Archiconfraternitati, adeoque universo dilectissimæ Urbis Populo proficuum & utile, ac saluberrimi huius Instituti exercitiis aptum, & opportunum fore reputavimus, verum etiam gratum, & acceptum futurum esse duximus clementissimæ Cœli Reginae, quæ quum sit increata Sapientia Mater, & Spiritus Sancti Sponsa, pium istud opus, ad agnitionem & amorem Dei, & præceptorum eius unice directum, ope ac patrocinio suo fovere, & promoveri non recusabit.

Archiconfraternitas in ea erecta suppressitur.

His ergo, aliisque rationabilibus Causis Nobis notis, animumque Nostrum moventibus adducti, omnemque statum, proprietates, & jura prædictæ Archiconfraternitatis Beatæ Mariæ de Planctu, præcipue verò Instrumentum ipsum olim, ut accepimus, confectum super concessione Ecclesiæ, conventionesque inter tunc existentes Rectorem, & ipsam Archiconfraternitatem B. Mariæ Virginis de Planctu, illiusque Officiales initias die xxii. Julii anni MDXLVI. per acta quondam, tunc in humanis agentis, cognominati Ceccarelli Causarum Curia Capitoli Notarii, ac Literas in forma Brevis fel. recordationis Pauli Papæ III. etiam Prædecessoris Nostri super Instrumenti, & conventionum ejusmodi approbatione, & confirmatione expeditas, & debita executioni demandatas die xiii. Aprilis anni MDXLVIII., seu alio veriori tempore; nec non Literas recolendæ memoriæ Pii Papæ IV. etiam Nostri Prædecessoris super approbatione Statutorum dictæ Confraternitatis Beatæ Mariæ Virginis de Planctu, cum concessione Indulgentiarum, illiusque erectione in Archiconfraternitatem, datas x. Kalendas Januarii anni MDXLII.; item Literas felicis recordationis Clementis Papæ VIII. Nostri pariter Prædecessoris, data die xv. Septembris anni MDXCIV., seu alio veriori tempore; Literas demum similis recordationis Pauli Papæ V. Nostri itidem Prædecessoris, die viii. Aprilis anni MDCXIV. expeditas, per quas Titulus collativus dictæ Parochialis Ecclesiæ perpetuo suppressus, & extinctus fuit, ac inibi pro exercitio Curæ Animarum perpetua Vicaria certis modo & forma, ac cum diversis legibus, & conditionibus tunc expressis, Apostolica auctoritate erecta, & instituta fuit; dominio Ecclesiæ prædictæ, illiusque redditibus; dictæ Archiconfraternitati Beatæ Mariæ Virginis de Planctu, ejusque Custodiibus in perpetuum attributis; quæ quidem Pauli V. Prædecessoris Literæ executioni demandatæ fuerunt in vim Sententiæ emanatæ die xvi. Septembris anni MDCXV. a tunc existente Romani Pontificis in Urbe, ejusque Districtu Vicarii Vicegerente, & iterum a Congregatione Sacrae Visitationis Apostolicæ die xxviii. Julii anni MDCCXII., & a Causarum Palatii Apostolici Auditorio nuperis Decisionibus emanatis die iv. Junii anni proximè præteriti coram dilecto Filio Magistro Canilliac, uno ex ejusdem Auditorii Auditoribus: Omniaque & singula a dicta Archiconfraternitate B. Mariæ de Planctu, illiusque Custodibus, tam verbo insinuata, quam scripto deducta, ac illarum & illorum veros, & integros tenores, præsentibus pro plenè & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes: ipsa Archiconfraternitate Beatæ Mariæ Virginis de Planctu, ejusque Custodibus auditis; Motu proprio, & ex certa scientia, meraque deliberatione Nostri, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, in prædicta Parochiali Ecclesiâ Beatæ Mariæ Virginis de Planctu, illiusque Oratorio præfatam Archiconfraternitatem ejusdem Beatæ Mariæ Virginis de Planctu, illiusque statum, essentiam,

denominationem, statuta, consuetudines, & decreta, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roborata, privilegia quoque; & indulta, quibuscumque illa sint concepta formulis, nec non irritantibus, & aliis decretis, ac vinculis munita (firma tamen inibi remanente perpetua Vicaria prædicta pro exercitio, & administratione Curæ Animarum Parochianorum, in eodem statu, & terminis, in quibus illa de præsentibus reperitur; & præservatis, favore Confratrum ejusdem Archiconfraternitatis Beatæ Mariæ de Planctu, nec non aliarum Confraternitarum per Orbem ipsi aggregatarum, Apostolicis gratis, & privilegiis inferius exprimentis) Apostolica auctoritate tenore præsentium in perpetuum dissolvimus, supprimimus & extinguimus; eamque, una cum illius denominatione, statu, & essentia huiusmodi, perpetuo dissolutam, suppressam, & extinctam esse & fore, eadem auctoritate decernimus, & declaramus.

Porro aliam Archiconfraternitatem prædictam Doctrinæ Christianæ specialis gratiæ favore prosequi volentes, illiusque Officiales, & Confratres a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Censuris, sententiis, & penis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes (& prævia dismembratione, separatione, & sejunctione ab eadem Archiconfraternitate Ecclesiæ Sancti Martini in Arenula, & Sancti Pantaleonis in Regione Montium, ei Apostolica auctoritate, ut prædiximus, concessarum, quas voluntati, & dispositioni nostræ reservamus) ipsam Doctrinæ Christianæ Archiconfraternitatem in prædicta Ecclesiâ Beatæ Mariæ de Planctu, ejusque Oratorio, prædictæ Archiconfraternitati per præsentibus a Nobis suppressæ & extinctæ, in omnibus & per omnia plenarie substituimus; eidemque Archiconfraternitati Doctrinæ Christianæ Ecclesiæ ipsam Beatæ Mariæ Virginis de Planctu, illiusque Sacristiam, & Oratorium, una cum membris, pertinentiis, annexis, & connexis suis, omnique sacra, etiam argentea, & pretiosa suppellectili, & jocalibus; item bona, tam mobilia, quam stabilia, res, proprietates, Loca Montium, census, canones, fructus, redditus, proventus, obventiones, & emolumenta universa in quibusvis rebus consistentia, & undecumque provenientia, & ad ipsam Archiconfraternitatem a Nobis per præsentibus suppressam, & extinctam hæcenus spectantia, & pertinentia, dicta Apostolica auctoritate pateriter in perpetuum concedimus, assignamus, & subjective unimus, annectimus, & incorporamus; ac respectivè applicamus, & appropriamus; Ipsamque præterea Archiconfraternitatem Doctrinæ Christianæ in omnibus juribus, & ad omnia jura, ac quascumque actiones, tam activas, quam passivas, reales, personales, & mixtas, quæ eidem suppressæ Archiconfraternitati quomodolibet competeant, & competere poterant, & si illa suppressæ, & extincta non fuisset, deinceps competere, & competere possent, etiam ad effectum succedendi in quibuscumque substitutionibus, ad favorem ipsius suppressæ Archiconfraternitatis quomodolibet forsitan factis, & ordinatis, etiam de illis specialis, & individua mentio faciendâ esset, plenarie, integrè, & omnimodè subrogamus, & admittimus.

Nè autem pia Legata, Missarum onera, Anniversaria, annua suffragia, Cappellaniæ, subsidiorum dotalium, & panis distributiones, Hospitalis visitatio, & alia quæcumque onera, quæ prædicta Archiconfraternitas a Nobis per præsentibus suppressæ, & extinctæ, ex piis Fidelium

Eique subrogatur Archiconfraternitas Doctrinæ Christianæ de eadem Urbe.

Sine præjudicio implementi omnium onerum.

dispositionibus, quomodolibet supportare, & adimplere tenebatur, debitis fraudatur implementis: Nos omnia, & singula onera hujusmodi firma, salva, & illasa esse volentes, illa ad dictam Archiconfraternitatem Doctrinae Christianae, juxta praedictas dispositiones, & laudabiles suppressae Archiconfraternitatis consuetudines, in posterum etiam, ut haecenus omnino adimplenda, transferimus. Quamobrem Congregationi secretae ejusdem Doctrinae Christianae per praesentes committimus, & injungimus; ut omnia & singula onera, & obligationes hujusmodi curet sollicitis studiis fideliter adimpleri: tribuentes insuper eidem Congregationi secretae omnium & singulorum reddituum, & obventionum administrationem; cujus tamen exactam, atque fidelem rationem in fine cujuslibet anni, Nostro & Romani Pontificis pro tempore existenti Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali in Urbe, & ejus Districtu Vicario, perpetuo dictae Archiconfraternitatis Protectori, reddere teneatur.

Et distributionis subditorum Dotatum, ut his praeficiatur.

Ut vero etiam dotalia subsidia, quae ex redditibus suppressae Archiconfraternitatis alias obvenientibus distribuebantur, atque in posterum, ut praefertur, distribui debeant, non modo pauperibus & honestis, sed aliunde etiam dignis, ac potissimum in Christiana Doctrina peritissimis Puellis concedantur; volumus pariter, & mandamus, ut merita, & requisita singulorum Puellarum ad praedicta subsidia concurrentium, & aspirantium per Deputatos Congregationis Generalis Doctrinae Christianae diligenter examinentur, & perpendantur, & illa ceteris omnibus praefertantur, quae praeter qualitates a Testatoribus requisitas, peculiare, ac distinctum sibi meritum acquisierint vel in explicando, vel in addiscendo Doctrinam Christianam. Reservamus tamen liberae dispositioni Primogeniti pro tempore existentis Familiae de Burgheis nominationem ad duo Subsidia Dotalia per quondam Aloysium Zannini ordinata, prout ab ipso pio Instructore eidem Primogenito attributa fuit. Itidem concedimus Praetori, & Deputatis pro tempore Conservatorii Puellarum, quae vulgo *le Zoccollette* dicuntur, facultatem nominandi ad unum ex Dotalibus Subsidii, a quondam Joanne Maria Santucci ordinatis ad favorem Puellarum Regionis Arenulae, in qua praedictum Conservatorium situm reperitur; ut scilicet hujusmodi Dotale Subsidium uni semper ex Puellis in eodem Conservatorio existentibus, ad liberam eorundem Praetori & Deputatorum electionem, & nominationem, concedi debeat; ad quem effectum, ipsas memorati Conservatorii Puellas, quatenus opus sit, specialibus Indultis, & Privilegiis a praedicto Clemente XII. Praedecessore per suas Literas in forma Brevis die xx. mensis Octobris anni MDCCXXXV. expeditas eis desuper concessis, frui & gaudere posse, & debere volumus, & statuimus.

Executio.

Igitur, ut suppressio, extinctio, unio, concessio, assignatio, aliaque praemissa suum debitum fortiantur effectum, Dilecto Filio Nostro Joanni Antonio Tituli SS. Silvestri, & Martini in Montibus Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Guadagni nuncupato Nostro in Urbe, & Districtu praedictis Vicario, per eadem praesentes committimus, & mandamus, ut ipse duos graves, & idoneos Viros deputet, qui ipsius Archiconfraternitatis Doctrinae Christianae nomine, & pro ea, dimissionem, consignationem, & traditionem praedictae Ecclesiae Beatae Mariae Virginis de Planctu, illiusque Sacrificii, & Oratorii, annexorumque, & connexorum quorumcumque, nec non Clavium Sacrae Imaginis, omnique sacrae, etiam pretiosae, & argenteae supellecilis, jocalium, pecuniarum, Archivi

scripturarum, & librorum, ac generaliter omnium, & singulorum bonorum mobilium, & immobilium ad praedictam Archiconfraternitatem a Nobis pro praesentes suppressam, & extinctam quomodolibet de praesenti spectantium, & pertinentium, recipiant, & acceptent: Contra vero ipsi Archiconfraternitati per praesentes suppressae, & extinctae, illiusque Custodibus, Officialibus, & Superioribus nunc existentibus, in virtute sanctae Obedientiae districtae praecipiendo mandamus, ut ipsi nostrae voluntati hujusmodi humiliter obsequentes, per eorum Camerarium, & alterum Officialem, plenariam & integram omnium, & singulorum praedictorum consignationem, & traditionem fideliter faciant, & adimpleant; ita quod liceat dictae Archiconfraternitatis Doctrinae Christianae Deputatis, ejusdem Archiconfraternitatis nomine, & pro ea, praedictae Ecclesiae, illiusque Oratorii, membrorum, & pertinentiarum, nec non bonorum, rerum, proprietatum, jurium, reddituum, proventuum, aliorumque praemissorum veram, realem, actualem, & corporalem possessionem per se, vel alios liberè apprehendere, & apprehensam perpetuo retinere, ipsosque redditus percipere, exigere, & levare, cujusvis licentiae desuper minime requisita.

Quia vero pia devotionis affectus, quo Custodes, & Confratres praedictae suppressae Archiconfraternitatis assiduis Dei obsequiis insistere, ac Beatissimae Virginis cultum, & ipsius Imaginis venerationem augere, & promovere, aliaque Pietatis opera juxta eorum institutum studiosissime haecenus exercere non destiterunt, singulari laude, ac specialibus Apostolicae benignitatis favoribus cumulari meretur; idcirco Nos illis omnibus & singulis, qui hoc tempore Archiconfraternitatem praedictam a Nobis, ut praefertur, suppressam, & extinctam, constituebant, concedimus & indulgemus, ut ipsi, non obstantibus suppressione, & extinctione hujusmodi, si recurrentibus Beatae Mariae Virginis festis diebus, unam aliquam, quam singuli maluerint, ejusdem Beatae Mariae Virginis Ecclesiam devotè visitaverint, eas omnes & singulas Indulgentias, penitentiarum relaxationes, & spirituales gratias eidem suppressae Archiconfraternitati, illiusque Confratribus a Romanis Pontificibus Praedecessoribus Nostri quomodolibet concessas, consequantur, quas ante suppressionem, & extinctionem hujusmodi, consueta Pietatis, & Christianae charitatis opera juxta eorum Institutum exercendo, consequi poterant.

Rursus quia, sicut accepimus, dictae suppressae Archiconfraternitati aliae in aliis Orbis partibus canonicè erectae Confraternitates unites, & aggregatae reperiuntur: Nos ipsarum quoque Confraternitatum aggregatarum indemnitatebus consulere volentes, dicta Apostolica auctoritate decernimus, omnes pariter, & singulas Indulgentias, & spirituales gratias eidem Confraternitatibus aggregatis, & illarum respective Confratribus per ipsam suppressam Archiconfraternitatem in vim Literarum aggregationis canonicè participatas, propter suppressionem praedictam eidem Confraternitatibus aggregatis nullatenus cessare, neque extinctas esse; itaut dictae Confraternitates, earumque respective Confratres, quatenus in piis sui respective instituti operibus permanserint, eas, prout haecenus, etiam futuris temporibus consequi valeant. Et nihilominus si eadem Confraternitates, previa Ordinariorum locorum licentia, & approbatione, Institutum etiam Archiconfraternitatis Doctrinae Christianae assumere vellent: Nos ampliationi, & dilatazioni adeo pii, & salutaris operis intenti, concedimus ipsi Archiconfraternitati Doctrinae Christianae de Urbe, ut eadem Confraternitates, servatis servandis, sibi etiam aggregare.

Gratiae praeservatae favore Confratrum olim B. M. V. de Planctu.

De Confraternitatis aggregatis.

gare, unire, & incorporare, omnesque & singulas Indulgentias, & spirituales gratias ipsi Archiconfraternitati Doctrinae Christianae de Urbe a Romanis Pontificibus Praedecessoribus Nostri concessas, (quas hic pro singillatim, & in specie expressis haberi volumus) eidem Confraternitatibus, earumque Confratribus communicare, & ad eas; eosque extendere possit, & valeat.

Insuper spiritualibus Juventutis profectibus efficacius intendentes, volumus, ut in praedicto Oratorio dictae Ecclesiae Beatae Mariae Virginis de Planctu; Congregatio, aut Sodalitium certi, ac praefiniti numeri Adolescentum, a Congregatione Secreta Doctrinae Christianae eligendorum, & adscribendorum; sub titulo, & invocatione ejusdem Beatae Mariae Virginis; erigatur & instituitur; qui omnibus & singulis Dominicis, & solemnioribus ipsius Beatae Virginis festis diebus; in eodem Oratorio convenientes; peculiaribus Doctrinae Christianae institutionibus; atque uberioribus Catechismi explanationibus informantur, ac Religionis & Pietatis Operibus eis praescribendis exerceantur. Omnibus vero & singulis Adolescentibus Sodalitio hujusmodi adscriptis, & adscribendis; quoties ipsi diebus praedictis hujusmodi institutionibus, & explanationibus; aliisque piis exercitationibus in dicto Oratorio interfuerint; quadraginta dies de injunctis eis; aut alias quomodolibet debitis poenitentis misericorditer in Domino relaxamus in forma Ecclesiae consueta. Item illi ex Adolescentibus praedictis; qui per annum aliis omnibus diligentior in dicto Oratorio frequentia, praedictisque institutionibus; & exercitationibus magis assiduus repertus fuerit; nominationem ad subsidium Dotale; per quondam Franciscum Menicucci ordinatum; eisdem modo & forma; quibus hujusmodi nominatio Confratri magis assiduo suppressae Archiconfraternitatis praedictae competeat; pariter concedimus; & attribuiimus.

Demum; ut congrua sustentationi Vicarii Curiam Animarum Parochianorum dictae Ecclesiae Beatae Mariae Virginis de Planctu exercentis consultum remaneat: Volumus, & mandamus; ut Archiconfraternitas Doctrinae Christianae eidem Vicario nunc & pro tempore existenti; pro illius congrua sustentatione praedicta; singulis annis scuta centum monetae Romanae currentis de julis decem pro quolibet scuto hujusmodi; & alia scuta viginti ejusdem monetae pro pensione Domus persolvere; & subministrare; eidemque minuta incerta, prout illa haecenus percepit; & percipit de praesenti, concedere teneatur; hac tamen lege; ut idem pro tempore Vicarius proventus illos; qui ei a praedicto Paulo V. Praedecessore usque ad summam sexaginta ducatorum auri de Camera pro congrua ipsius sustentatione assignati fuerunt, nullatenus de cetero exigere; aut pretendere possit; Sed omnes; & singuli proventus hujusmodi deinceps in commodum dictae Archiconfraternitatis omnino cedant; & cedere debeant.

Ceterum; quatenus opus sit; dictam Archiconfraternitatem Doctrinae Christianae a quacumque solutione mediae annatae; & quindennii; ad quam; & quod eadem Archiconfraternitas; ratione praedictae unionis; & applicationis; aliorumque praemissorum teneri; & obligata esse dici possit; ac a quacumque obligatione desuper Camerae Nostrae Apostolicae; & illius Officialibus facienda; penitus eximimus; & totaliter liberamus; atque ad annatam; quindennium hujusmodi solvendum; & se desuper obligandum nullatenus teneri; neque ad id per Camerae; seu illius Officialis praefatos; aut alios quoscumque ullo unquam tempore cogi; vel compelli; & ob non solutionem; seu obliga-

tionem hujusmodi a quoquam quovis praetextu; colore; vel ingenio molestari; aut inquietari minime posse; neque debere; volumus pariter; atque decernimus.

Praesentes quoque Literas; etiam ex eo; quod praedicta Archiconfraternitas a Nobis suppressa; illiusque Custodes; & quicumque alii in praemissis interesse habentes; aut habere quomodolibet praetendentes; cujuscumque status; gradus; & conditionis; etiam specifica mentione digni; existant; illis non consenserint; vel; quantum ipsis libuisset audiri non fuerint; nullo unquam tempore de subreptionis; obreptionis; nullitatis; vel invaliditatis vicio; seu intentionis Nostrae; aut alio quovis defectu; etiam quantumvis magno; inexcogitato; ac substantiali; sive ex eo; quod in praemissis; seu eorum aliquo; solemnitates; & quavis alia servanda; & adimplenda; servata; & adimpleta non fuerint; aut ex quocumque alio capite a jure; vel facto; aut statuto; vel consuetudine aliqua resultante; seu etiam enormis; enormissima; & totalis laesionis; aut quocumque alio colore; seu occasione; vel causa; quantumvis justa; privilegiata; & rationabili; etiam tali; qua ad effectum validitatis praesentium necessario exprimenda foret; notari; impugnari; invalidari; retractari; in jus; vel controversiam revocari; aut ad terminos juris reduci; vel adversus illas restitutionis in integrum; aperiitionis oris; reductionis ad viam & terminos juris; aliunde facti; gratiae; aut justitiae remedium impetrari; seu quomodolibet concessio; & impetrato quempiam uti; seu se juvare in iudicio; vel extra posse; neque ipsas praesentes; sub quibusvis similibus; vel dissimilibus gratiarum revocationibus; suspensionibus; limitationibus; aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet faciendis; comprehendi; sed semper ab illis exceptas; perpetuoque validas; firmas; & efficaces existere & fore; suosque plenarios; & integros effectus sortiri; & obtinere; ac per omnes; & singulos; ad quos spectat; & quomodolibet spectabit in futurum; inviolabiliter observari: Sicque & non aliter in praemissis omnibus & singulis; per quoscumque Iudices Ordinarios; & Delegatos; etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores; nec non Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales; etiam de Latere Legatos; ac alios quavis auctoritate & potestate fungentes; in quavis causa & instantia; sublata eis; & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi; & interpretandi facultate; & auctoritate; iudicari & definiti debere; & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter; vel ignoranter contigerit attentari; irritum; & inane decernimus.

Non obstantibus singulis Pauli III.; Pii IV.; Clementis VIII.; & Pauli V. Praedecessorum praedictorum Literis praedictis; ac quatenus opus sit; de non tollendo jure quaesito; de unionibus; & applicationibus committendis; vocatis quorum interest; de exprimendo vero annuo valore; & Indulgentiis non concedendis ad instar; aliisque Nobis; & Cancellariae Apostolicae Regulis; ac postremi Lateranensis Concilii; uniones & applicationes perpetuas; nisi in casibus a jure permissis; fieri prohibentis; nec non ejusdem Clementis VIII. formam servandam in aggregationibus praescribendis; ac felicitis recordationis Pauli II.; Pauli IV.; dicti Pii V.; & Sixti V.; aliorumque Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum; annatas; & quindennia Camerae; & Cancellariae Nostris in unibus solvi praecipientium; nec non praedicti Pii IV.; de gratis interesse ejusdem Camerae quomodolibet concernentibus in dicta Camera infra certum tunc expressum tempus insinuandis; & registrandis; alias gratiae ipsae nullius

Clausa
praeservati-
va; & de-
creta saluta-
ria.

1746

1746

Derogatio-
nes;

de quibus
quodlibet
in unibus
1746

Demandatur erectio Congregationis pro uberiori Doctrinae Christianae explanatione.

Vicarii Curati sustentationi providetur.

Exemptio a quindennii &c.

fini roboris, vel momenti, aut aliis quomodolibet disponentium, aliisque quibusvis etiam in Provincialibus, & universalibus Conciliis editis, vel edendis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis quibusvis Superioribus, & Personis in contrarium præmissorum quomodolibet forsitan concessis, approbatis, & innovatis, nec non quibuscumque piorum Oblatorum, aut Testatorum voluntatibus, ac dispositionibus, sive in donationibus, aliisque contractibus inter vivos nuncupatis, sive in eorum Testamentis, Codicillis, aliisque ultimis voluntatibus, cum quibuscumque conditionibus, & legibus, etiam caducitatis, & subrogationis alterius operis pii, adscriptis, atque statutis; Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis, specifica, & individua mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & formam in illis traditam ad hoc servatam, inserti forent, præsentibus pro expressis habentibus, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat latissimè, & plenissimè, ac specialiter & expressè, Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus derogamus, eaque respectivè, ad effectum, de quo supra, commutamus, ac derogata, & commutata esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum Suppressionis, Extinctionis, Dissolutionis, Absolutionis, Subrogationis, Applicationis, Unionis, Concessionis, Reservationis, Præceptorum, Mandatorum, aliorumque præmissorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Datâ die 9
Martii 1746.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLVI., VII. Idus Martii, Pontificatus Nostri Anno VI.

J. Datarius.

Pro D. Card. Passioneo

Joannes Florius Substitutus.

VISA DE CURIA.

I. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✕ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

III.

Super celebratione duarum Missarum eadem die per unum Sacerdotem.

Venerabili Fratri Antonio Episcopo Oseni.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Dubium ab
Episcopo
Sanctitati
Suzæ propo-
situm.

DECLARASTI Nobis, in sacra Visitatione, qua Diocesim tuam perlustrasti, deprehendisse nonnullos Rectores Ecclesiarum Parochialium, quibus alia quoque Ecclesia a Parochiali longè sejuncta commendata est, quam ob exiguos proventus alii Sacerdoti committere nequeunt, qui Pro-Rectoris munus sustineat: hinc fieri, ut Rectores ipsi rem Divinam in utraque Ecclesia Festis diebus conficere non dubitent, ut populus uterque parere possit Ecclesie præcipienti Fidelibus, ut festis diebus

Missæ Sacrificio intersint, Nobis etiam exposuisti, decrevisse in tua Synodo id minime licere Rectoribus Ecclesiarum Parochialium, quoties alius Sacerdos præsto sit, qui Sacrum facere possit in una ex iis Ecclesiis, quæ Rectoribus subjiuntur; id autem atulisse tam gravem Rectoribus ipsis molestiam, ut Synodalis Decreti executionem parumper differre censueris, donec sententiam in hac re Nostram, Nostramque voluntatem intelligeres. Quamobrem prudentiam tuam in primis commendamus, totiusque Hispanæ gentis in hanc Sedem Apostolicam observantiam, ob quam, si fortè aliquid incerti dubii contigerit, ad Romanum Pontificem confugere, consiliumque ad explicandas difficultates deprecere consuevit. Deinde tua Synodi Decretum æquitati ac Disciplinæ Ecclesie maxime consentaneum esse respondemus; ita ut demandari executioni debeat, nec vanis omnino Rectorum querimoniis imminui, vel labefactari.

Quamvis nonnulli ex Theologis Moralibus (& quidem nimis indulgenter) plures rationes & causas excogitaverint, ob quas Sacerdos eodem die Sacrificium Missæ bis offerre posse videatur, quemadmodum faciliè videri potest 3. Summe Sancti Antonini tit. 3. cap. 6. num. 5. item lib. 3. Summe Sancti Raymundi tit. 24. & in Summa Hostiensis ad tit. de celebratione Missarum num. 14. & seqq. & in Summa Sylvestrina in verb. Missa primo. §. Septimo queritur, & in Summa Armilla in verb. Missa num. 15. id tamen unanimi consensu permittitur Sacerdoti, qui duas Parochias obtineat, vel duos populos adeo sejunctos, ut alter ipsorum Parocho celebranti per dies festos adest nullo modo possit, ob locorum maximam distantiam: tunc enim absque ulla dubitatione licere existimant ejusmodi Rectori, cum festi dies incidunt, bis Sacrum conficere, ut populo utrique satisficiat. Et Suarez in 3. part. Divi Thomæ tom. 3. quest. 73. art. 2. disput. 80. sect. 3. de hac hypothese loquens, inquit, in ea tantum hodie licere duas Missas eodem die celebrare: Casus de pluribus Parochiis est proprius, ac fere solus in usu. At vero si in altera ex his Parochiis Sacerdos aliquis deprehendatur, qui rem Divinam facere possit, tum illarum Rectori nequaquam licet in utroque loco Sacrificium iterare, eo quod alterius Sacerdotis operâ populi necessitati fatis consulatur. Ita probant unanimes Pasqualigus de Sacrificio Missæ tom. 1. quest. 381. num. 2. Vericellus de Apostolicis Missionibus tit. 1. de Privilegiis Regularium dub. 18. §. 31. num. 201. Giribaldus de Sacramentis tract. 5. cap. 7. dub. 2. num. 15. Rotarius in Theologia Morali Regularium tom. 3. cap. 2. punct. 11. num. 5. Tournelius in Praelectionibus Theologicis, de Sacramento Eucharistie part. 2. juxta Parisiensem editionem pag. 346. Schmalzgrueberius tit. de celebratione Missarum num. 41. Quod si Scriptores isti vestras in manus nondum pervenerint, aliorum testimoniiis rem plane cognoscetis, nempe Cardinalis Zabarella in cap. Consulisti, num. 3. de celebratione Missarum, ubi hæc habentur: Si est alius, qui celebrare possit, non celebrabit Sacerdos alia vice, dummodo ille alius sit paratus celebrare, & sit jejunus: Petri de Ancharano in Commentariis ad eundem Textum num. 1. Intellige, si non sit alius ibi paratus ad celebrandum, & ille sit jejunus: Cardinalis Toleti in Summa lib. 2. cap. 3. num. 4. Laymann in Theolog. Morali lib. 5. tract. 5. cap. 4. num. 6. Salmanticensium Theolog. Moral. tom. 1. tract. 5. de Sacrificio Missæ cap. 5. punct. 1. num. 12. juxta quartam editionem, quæ Matruti facta est anno 1717. Gavanti ad Rubricas Missalis part. 3. tit. 12. num. 7.

At supervacaneum est plures auctoritates præstantium virorum congerere, cum id fatis

Sententia
Doctorum in
hac materia.Decretum
Synodi Li-
mana.

super-

superque constet ex septima Synodo Diocesana, quam Sanctus Turribius anno 1592. celebravit cap. 3. tom. 4. Conciliorum Hispanorum, quæ simul collegit vir eximius inter Hispanos Cardinalis de Aguirre pag. 687. Porro hæc verba: *Juxta dispositionem Concilii Provincialis celebrati in hac Civitate anno 1567., quantum convenit, & per locum juris possumus, licentiam concedimus omnibus Indorum, Hispanorumque Parochis nostri districtus, ut diebus Dominicis, & festivis ex præcepto servandis, possint celebrare duas Missas in duabus Ecclesiis tam inter se distantibus, ut qui in loco unius Ecclesiæ assistunt, non possint commode accedere ad audiendam Missam in altera.*

Ex his apertissime deprehenditur concedi Parocho, qui duas Ecclesias distantibus omnino locis positas habeat, bis Sacrificium Missæ instituire, ne diebus festis Ecclesiæ præceptum a populo violetur; ea tamen conditione, ut legitimam pro re gerenda facultatem prius obtinuerit, uti Nos inferius explicabimus. Ex verbis autem de promptis ex eodem Capite tertio Limanæ Synodi, quæ mox subjiciemus, certi limites eidem Parocho statuuntur, ipsique perscribitur, ut uno tantum loco Sacrum conficiat, si in altero Sacerdos occurrat, qui populo rem Divinam operari possit: *Cum autem habuerint aliam Sacerdotem, qui possit celebrare in altera dictarum Ecclesiarum, non poterit Parochus celebrare in utraque, sed unam Missam tantum in una, quandoquidem alter Sacerdos possit satisfacere necessitati alterius populi.*

Non ignoramus, auctoritatem Limanæ Synodi suæ Diocesis finibus solum concludi. At, cum Sanctus Turribius regendæ Ecclesiæ peritissimus, & virtutum omnium gloria clarissimus semper habitus sit, ipsius legibus, ac Diocesanis institutis eam saltem fidem atque auctoritatem, vimque, ut ajunt, directivam, adhibendam & adscribendam nemo inficiabitur, quam Itali omnes, alique extra Italiam S. Caroli Borromæi Synodis omni tempore præstiterunt: neque in dubium quis revocare poterit, Sanctum Turribium, virtum adeo singularem (pro cuius Canonizatione, cum Promotoris Fidei munus adhuc in minoribus gereremus, plurimum laboris impendimus) conferre plurimum, ut, si propositæ rei examen instituerimus, illius sententia reliquis anteponatur; latandumque idcirco Nobis jure merito videmus, qui Commentarium de Sacrificio Missæ in lucem profertentes, Italico sermone a Nobis conscriptum, cum Bononiensem Sedem administraremus, idem plane asserimus, quod pro illustranda præsentis quæstione superius attulimus, & opinionem nostram auctoritate confirmavimus ejusdem Synodi Sancti Turribii, uti liquidò constat ex nostro Commentario, quod commemoravimus tom. 2. part. 4. sect. 2. num. 38. & seqq. & præcipuè num. 40., quod quidem primò Bononiæ Typis evulgatum fuit, ac nuper latinè redditum, ac typis impressum Patavii, lucem publicam rursus aspexit.

Quod si Limanæ Synodo alia quoque Concilia adjungi velint, illud in medium proferri poterit, quod sub Mauritio Archiepiscopo Rothomagensi anno 1231. coactum est, quemadmodum legitur in Collectione Regia Maxima Conciliorum ab Harduino compilata tom. 7. pag. 186.: *Nullus audeat Missam bis in die celebrare, aut cum duplici Introitu, nisi in humana necessitate &c. & hoc, ubi non est, nisi unus Sacerdos: alterum, quod Nemausi anno 1284. coactum fuit, cum Martinus IV. Apostolicam hanc Sedem obtineret, uti patet ex Collectione Labbeana tom. 11. part. 1. pag. 1213.: Si omnes Parochiani ad unam Missam simul non possint convenire, eo quod in diversis locis habitant distantibus ab Ecclesia & remotis, sicut est in mon-*

tanis, nec sunt in Ecclesia duo Sacerdotes, & dicta prima Missa, postmodum Parochiani venientes postulent Missam aliam sibi dici, poterit tum Sacerdos Missam aliam celebrare. Tamen si in prima Missa, post receptionem Corporis, & Sanguinis profusionem acceperit, non debet secundam Missam in prædictis casibus celebrare.

Ea potissimum verba diligenter observari debent: *Ubi non est, nisi unus Sacerdos: nec non alia: nec sunt in Ecclesia duo Sacerdotes: ex quibus clarè perspicimus, non licere Parocho, si alius Sacerdos præsto sit, duo Sacra perficere diebus festis, ut populus Missæ Sacrificio interfuit, sive Missa celebranda sit in duabus Ecclesiis inter se distantibus, ut in supra citata Synodo Limana, sive una tantum sit Ecclesia, in qua Missa celebratur, & ad quam insimul universus populus convenire non potest, ut in Synodo Nemausensi. Hi quippe duo casus eodem jure censendi sunt, uti præcipuè advertit Theophilus Raynaudus tom. 17. Operum editionis Lugdunensis pag. 8.*

Quæ huc usque dicta sunt, Canonicis etiam generalibus sanctionibus innituntur. Neque verò copiam Ecclesiasticæ eruditionis ostentabimus, ut cognitum id perspectumque faciamus, quod tamen facili negotio, si opus esset, consequeremur, cum duo præclari Scriptores potestatis his temporibus concesserint casus omnes, quibus ante Decretales Prædecessorum Nostrorum Innocentii III. atque Honorii III. plures uno die Missæ ab eodem Sacerdote celebrabantur. Hi sunt Saintebeuvius tom. 3. *Resolutionum casuum conscientie* cas. 83. & Pontas in *Dictionario casuum conscientie, in verb. Missa* cas. 15. De hoc ipso argumento luculenter deservit is, qui suis adnotationibus undecimam Sancti Leonis Epistolam illustravit, juxta editionem, quæ ultimo facta est. De ipso Nos quoque verba fecimus in *Commentario de festis diebus Domini Nostri ac Beata Virginis Mariae part. 1. num. 667. & seqq.* Quamobrem, his prætermittis, illud affirmabimus, ex communi totius Ecclesiæ disciplina permitti tantum Sacerdotibus hoc tempore, ut die Natali Salvatoris Nostri ter Sacrum faciant, vel quia institutum id fuit a S. Telesphoro Pontifice, ut eam celebritatem singulari honore prosequerentur Fideles, uti ostendit Canon: *Nocte sancta de Consecratione* dist. 1. vel quia (si plurimi facienda videantur argumenta, quibus author Telesphorus illius Canonis impugnatur) Parens ac Magistra Ecclesiæ eum ritum die Natali Domini conservandum censuit, ut posteris perpetuò commendareretur veterem disciplinam, ob quam Sacerdos idem plura Sacra conficiebat, cum alii quoque festi dies per annum occurrerent. Id Nos testimoniis præstantium virorum indicavimus in Commentario nostro, quod superius nominavimus, part. 1. num. 665. & seqq.

Excepta die Dominicæ Nativitatis, juxta hodiernam disciplinam non licet Sacerdoti eodem die Sacrificium iterare. Argumenta minime desumimus ex Decreto Alexandri Papæ II. *Can. Sufficit, de Consecratione, dist. 1.* ubi Pontifex ita decrevit: *Sufficit Sacerdoti unam Missam in die una celebrare, quia Christus semel passus est, & totum Mundum redemit. Non modica res est unam Missam facere; & valde felix est, qui unam dignè celebrare potest: etenim Pontifex ita rem prosequitur: Quidam tamen pro defunctis unam faciunt, & alteram de die, si necesse fuerit: quibus verbis Alexander II. non improbare videtur eum Sacerdotem, qui saltem ob allatam causam bis uno die celebraret. Deinde sic Pontifex concludit: Qui vero pro pecuniis, aut adulationibus secularium una die præsumunt plures facere Missas, non estimo evadere damnationem.* Porro ex his facili conjectura perspicere quisque potest,

Et ex sententia aliorum Doctorum.

Id permittitur die Natali Domini.

Examinantur Decreta Pontificum, nempe Alexandri II.

Alexan-

Quando juxta dictum Decretum Parocho licet duas Missas eadem die celebrare.

Confirmatur sententia ex aliis Conciliis.

Alexandrum II. Decreto solum cavere, ne fordidæ utilitatis, sive assentationis gratia Sacrificium iteretur. Vasquesius idem Decretum sic explicat in 3. part. Divi Thomæ tom. 3. quæst. 83. art. 2. cap. 5. num. 43.: In prædicta Epistola solum damnantur, qui pro pecuniis aut adulationibus secularium una die presumunt plures Missas celebrare: de iis vero, qui ex sola devotione plures celebrarent, nihil dicitur. Eandem rem maxime declarant ea, quæ Thomassinus scripta reliquit De veteri & nova Ecclesiæ disciplina par. 3. lib. 1. cap. 72. num. 6. ubi clarè ostendit, libertatem pluries una die celebrandi, necessariò coercendam fuisse, ut quorundam Sacerdotum avaritiæ modus imponeretur.

Innocentii
III.

Igitur omittentes Alexandri II. Decretum, alterius Prædecessoris nostri, nimirum Innocentii III. auctoritate, ac Decretali rem nostram comprobamus, Cap. Consultuisti, de celebratione Missarum: Respondemus, inquit, quod excepto die Nativitatis Dominicæ &c. sufficit Sacerdoti semel in die unam Missam solummodo celebrare. Equidem Alexander II., uti superius commemoravimus, & Innocentius III. ubi sunt hoc eodem verbo sufficit: ac secundo tantum loco per id verbum præceptum indicitur: nam si quis integram Innocentii Decretalem percurrat, apertissimè cognoscet, id petum fuisse a Pontifice, utrum Presbyter duas Missas in eadem die valeat celebrare. Porro illud valeat, idem prorsus significat, ac liceat. Cum igitur responsum dederit Pontifex, sufficere Sacerdoti semel in die unam Missam solummodo celebrare; illud sufficit, Sacerdotes adigit præcepto, ne plura Sacrificia uno die faciant.

Ita Vasquesius interpretatur eo loco, quem paulo ante indicavimus num. 44. Nam quod questum fuit, utrum valeat celebrare, idem est, ac si quaeretur, utrum liceat ei celebrare. Cum ergo respondit Pontifex, sufficit &c. hoc verbum denotat præceptum prohibens, plusquam semel celebrare. Neque mirari quis debet, si idem verbum sufficit, consilium uno loco, alio autem præceptum præferat. Id ipsum quippe etiam contingit in verbo non oportet: quod juxta varias rerum circumstantias, in Jure Canonico modò solum honestatis officium ac decentiam denotat, modò vero necessitatem atque præceptum, uti pluribus exemplis demonstrat Baldellus disput. Theolog. tom. 1. lib. 5. dub. 21. num. 4. Verùm ex

Honorii III.

Honorio III. qui post Innocentium III. Pontifex renuntiatus fuit, in textu Te referente, sub eodem titulo de celebratione Missarum, manifestò deprehenditur, illud verbum sufficere, de quo in Decretali Innocentii III., cum præcepto conjungi. Rem totam, sicuti gesta est, recensimus, uti constat ex Gonzalez, qui Decretalem integram ejusdem Honorii describit.

Casus ejus
decretalis.

Syontinus Archiepiscopus (eam modò civitatem vulgo Manfredoniam appellant) feriâ quintâ majoris hebdomadæ Sancta Oleva de more in Ecclesiâ Cathedrali rite consecrabat. Eadem die mane se conferebat ad Montem Garganum, ut peregrinos exciperet, qui magnâ frequentia in eum locum Religionis causa confluebant. Ejus loci Clerus ac populus Archiepiscopum magno studio rogarunt, ut Sacrum iteraret; quod tamen ille facere recusavit, donec super hac re Pontificis Honorii III. responsum sibi redderetur. Pontifex initium desumit a verbis ipsis Innocentii III. Prædecessoris sui, nempe: Cum cui-libet Sacerdoti, quacumque dignitate præfulgeat, unam in die celebrare Missam sufficiat, nam & valde est felix, qui celebrat dignè unam. Post hæc præcipit Archiepiscopo, ut Syonti rem Divinam peragat, ubi Sacrum Chrisma conficere debebat, & in Ecclesiâ Montis Gargani Sacrificium offerre prætermittat; hisque utitur verbis, quibus illud sufficit, ab Innocentio III. scriptum,

cum præcepto omnino copulari declarat: *Fra-ternitati tue mandamus, quatenus die Cœnæ Domini in Ecclesiâ Syontina duntaxat, in qua teneris Chrisma conficere, Missarum studeas solemnia celebrare.* Innocentius, qui, excepto die Nativitatis Dominicæ, prohibuit Sacerdoti plures Missas unâ die celebrare, in cit. Cap. Consultuisti, de celebratione Missarum, addidit: *nisi causa necessitatis suadeat.* At Honorius, qui in Cap. Te referente, eodem tit. de celebratione Missarum, Archiepiscopo Syontino rescripsit, ipsi fas non esse, post rem Divinam peractam, dum Sacrum Chrisma conficiebat in Ecclesiâ Syontina, aliam Missam celebrare in Ecclesiâ Montis Gargani, declaravit, causam necessitatis ab Innocentio admissam, nunquam adesse, cum alius invenitur Sacerdos, qui secundam Missam celebrare potest: secundam quippe Missam noluit ab Archiepiscopo in Ecclesiâ Montis Gargani celebrari, ex quo inverisimile ipsi visum est, quod alius non adesset Sacerdos, qui Missam in eadem Ecclesiâ celebrare posset, juxta monitum Cardinalis de Turrecremata in Can. Sufficit, sub num. 4. de Consecratione, dist. 1. En ejus verba: *Quod autem in Decretali Te referente, Episcopus videtur reprehendi, quod bis celebraverat die Cœnæ, est propter hoc, quia non erat necesse, quod Episcopus celebrasset, nisi in illa Ecclesiâ, in qua de consuetudine debebat Chrisma conficere, quia hoc non potest, nisi Episcopus, & aliam Missam celebrare poterat simplex Sacerdos, quia verosimile est, Episcopum posse per Vicarium celebrare, & in illa Ecclesiâ plures Sacerdotes fuisse.* Quod etiam ante Cardinalem a Turrecremata, jam fuerat adnotatum ab Hostiensis in Cap. Te referente num. 3., ab Antonio de Butrio super eodem textu num. 3., & ab Abbate super eodem quoque textu in fine tit. de celebratione Missarum.

Præterea casum proponunt Episcopi, qui præset duobus Episcopatibus inter se vicinis; ut in Archiepiscopo Syontino contigisset, si Summi Pontifices Alexander III., & Innocentius III. sententiam non protulissent contra Garganicos contententes, Ecclesiam suam Episcopalem esse, & unitam Ecclesiæ Syontinæ, quemadmodum legitur apud Ughellium de Metropoli Syontina tractantem tom. 7. Italia Sacra: quaruntque, an sub obtentu Chrisma conficiendi in utraque Ecclesiâ, quod sine celebratione Missæ consecrari decenter nequit, posset, ea die bis Sacrificium offerre; & unanimiter respondent, id non licere: & sic rem componunt, quod uno anno in una Ecclesiâ celebret Missam feriâ quinta in Cœna Domini, & conficiat Chrisma; & alio anno id ipsum faciat in alia Ecclesiâ; & ab una ad aliam Chrisma consecratum, uti moris est, transmittat: Reque sic composita, asserunt, nullam ex suis Ecclesiis Chrismate caritaram esse, subditosque unius, vel alterius Episcopatus nullatenus excludi a commoditate audiendi Missam quintâ feriâ in Cœna Domini, in qua maximopere expedit, ut audiant Missam; ea quippe celebrari poterit a Sacerdote in Ecclesiâ, in qua eo anno Episcopus Chrisma non conficit, cum verisimile non sit, alium non reperiri Sacerdotem, qui ea ipsa die Sacrum in ea facere possit; veluti prosequuntur Hostiensis, Antonius a Butrio, & Abbas locis citatis.

Hæc sunt, quæ ex Jure Canonico desumpsimus. Sed cum Glossa in Cap. Consultuisti, in verb. necessitatis, de celebratione Missarum, necessitati addat utilitatem, & vel utilitatem, vel necessitatem satis esse dicat, ut unus Sacerdos eodem die bis Missam celebrare possit, bene deprehendimus, Parochos, de quibus agitur, posse tum utilitatem, tum necessitatem prætexere, ut sibi prent fas esse bis in die celebrare, etiam si alius sit Sacerdos, qui Sacrum

Quid de
Episcopis,
qui habent
duas Cathedrales.

facere valeat: utilitatem quippe in eo constituent, quod, bis ipsi celebrando non subministrabunt Sacerdoti celebratio elemosynam pro Missa, quam celebrabit; necessitatem in sua inopia constituent, ob quam nequeunt prædictam elemosynam alteri Sacerdoti Missam celebranti largiri. At neutrum eis suffragari potest.

Et utilitas quidem non suffragatur: quidquid enim sit de titulo utilitatis; qui illum admittunt, illum explicant & intelligunt, non de utilitate celebrantis, sed Missam audientis. Sic docet Cardinalis Zabarella in *Cap. Consulisti*, num. 3. de *celebratione Missarum*. En ejus verba: *Considera, quod in hoc attenditur causa utilitatis respectu audientis, non celebrantis*. Et concordant super eodem Capitulo Antonius a Butrio num. 4., Abbas num. 2., & cæteri, quos vocant Reperentes; & præclare inter recentiores docuit Vericellus de *Apostolicis Missionibus tit. 1. de privilegiis Regularium dub. 18. num. 201*. Utilitas autem proposita non populam, sed Parochum respicit, & sic celebrantem, & non audientem.

Minus quoque prodest necessitas ex inopia desumpta; cum plura sint expendenda, antequam titulus necessitatis ex inopia desumptus admittatur. Primò, an revera Parochi tantâ premantur egestate, ut alteri Sacerdoti stipendium Missæ nequeant suppeditare: si enim inopia adeo magna non sit, Episcopali auctoritate, juxta Caput quartum Concilii Tridentini *sess. 21. de Reformatione*, adigi poterunt, ut Sacerdoti Missam celebratio elemosynam largiatur, uti sapienter admonet Engel. *ad tit. Decretalium de celebratione Missarum num. 3*. Secundò, si Parochis tenues omnino angustique proventus obviant, videndum, an populus etiam in eadem paupertate versetur: quemadmodum enim Episcopus adigere potest Sacerdotem, ut populo Sacrum faciat diebus festis, ita etiam potest indicare populo, ut celebranti Sacerdoti consuetum stipendium largiatur. Id etiam ex Tridentino Concilio desumitur *sess. 23. cap. 14. de Reformatione*, ubi hæc leguntur: *Curet autem Episcopus, ut ii saltem diebus Dominicis, & Festis solemnibus &c. Missas celebrent*: siquidem illud verbum *Curet*, præceptum inferre in hac gravissima causa, non est dubitandum. Hoc pacto Concilii sententiam explicat Pasqualigus, qui scriptum ita reliquit de *Sacrificio Missæ quest. 844. num. 11.*: *Si in aliquo Oppido sit unus tantum Sacerdos, qui teneatur celebrare diebus festis, & ad sint alii simplices Sacerdotes, poterit Episcopus eos cogere ad celebrandum diebus festis*. Ratio est, quia adest indigentia populi, eo quod difficile sit, quod omnes eadem hora conveniant ad audiendam Missam; & ideo cum Sacerdotes habeant ratione Ordinis munus suum additum populo, poterit Episcopus eos cogere, ut impendant officium suum populo, offerendo Sacrificium, ut absque difficultate possit adimplere præceptum audiendi Sacrum. In tali tamen casu tenebitur populus aliquid contribuere iis Sacerdotibus pro sustentatione; quia, cum ministrant populo, æquum est, quod accipiant aliquid pro sustentatione.

Porro difficile prorsus videtur, omnia hæc simul copulata deprehendi. Quod si res ita se haberet, tunc, Ven. Frater, ex iis elemosynis, quas ipse egenis largiri largè consuevisti, stipendium pro re Divina faciendi Sacerdotibus erogare deberes, nec ullo modo perferre, ut Sacrificium iterent Parochi, quibus non deest alius Sacerdos, qui diebus festis populo ministrat.

Post hæc, quæ a Nobis prolata ad veritatem illustrandam dici possunt, ad ea sermonem transferimus, quæ ab ipsis Parochis proponi audimus. Vehementer ipsi conqueruntur, si facultas iterandi Sacrificii diebus festis ipsis adimatur; eo quod munere suo perfungi nequeant, quod non solum constituitur in celebranda & applicanda

Missâ pro populo, cum festi dies peraguntur, sed etiam in explicandis Religionis mysteriis, tradendaque pueris Christiana disciplina, cum ad Sacrum audiendum in Ecclesiam conveniant.

Incredibilem ex hoc voluptatem sane percipimus. Etenim quum olim fel. record. Prædecessor Noster Innocentius Papa XIII., ad discutienda Hispani Cleri gravissima negocia ab insigni viro bonæ memoriæ Ludovico hujus S. R. E. Cardinali Belluga nuncupato proposita, peculiarem Congregationem præstantium aliquot ejusdem S. R. E. Cardinalium deputasset; Nobisque tunc in minoribus constitutis ipsius Congregationis Secretarii munus demandasset; meminimus non parum temporis, plurimumque laboris Nobis opus fuisse, ut fallam omnino probaremus opinionem, ob quam Parochi Hispani se immunes ac liberos dicebant ab edocendis instruendisque Christianâ doctrinâ pueris, eo quod hujusmodi exercitationes in aliis quoque Ecclesiis haberentur; aut quia Concionatorum operâ studioque fatis fideles instruerentur; aut etiam ob vetustissimam consuetudinem, quæ Parochos ipsos ab hoc onere vindicare videbatur. Quæ omnia leguntur in Constitutione, quæ incipit *Apostolici ministerii*, quam præfatus Innocentius Prædecessor promulgavit, in qua §. 9. recensentur ac rescinduntur ea omnia, quæ modò commemoravimus.

His autem per transennam adnotatis, jam responsum questionem faciamus, videlicet non esse iterandum die festo Sacrificium, si Parochus alius Sacerdos operam suam navare possit, etiam si Catechismus eodem die, Fideique mysteria populo explanari debeant. Hæc enim fieri possunt ejusdem Sacerdotis ministerio, qui ad Sacrum conficiendum inducitur: quemadmodum Nos ipsi statuimus in Bononiensi Dicecesi, cum in ea sedem haberemus, haud ignorantes, id consentaneum esse Decretis, quæ super hac re Pontifices Romani non semel ediderunt. Id Nos ostendimus *Instit. 3. tom. 3. nostrarum Institutionum Ecclesiasticarum*, quæ Bononiæ impressa fuerunt. Accedit, quod Parochus, qui die festo fideles instituendos in utraque Ecclesia libenter suscepisset, si iterandi Sacrificii facultas traderetur, id facilius consequi possit, si in altera solum Ecclesia rem Divinam faciat, ac populum edoceat, deinde ad aliam se conferat Ecclesiam, ubi a Sacrificio abstineat, & Christianæ Legis instituta dumtaxat populo declaret.

Tui præterea Parochi queruntur, quod ipsis hanc facultatem impertiri dubites, quam a tuis Decessoribus semper impetrarunt. Certissimum illud est Missionariis tantum a Sede Apostolica potestatem aliquando fieri, ut uno die Sacrificium bis operentur; reliquis verò Sacerdotibus opus esse, ut hac de re facultatem ab Episcopo consequantur, etiam si causa necessitatis intercedere videatur; cujus sanè judicium ad ipsos Sacerdotes nequaquam pertinet. Ita testatur Vericellus de *Apostolicis Missionibus tit. 4. de privilegiis Regularium quest. 19. num. 201*. *Quæres primò, an ad celebrandas duas Missas in locis, ubi adest talis necessitas, requiratur licentia Episcopi? Respondetur affirmative, seclusis privilegiis Missionariorum. Ita a Sacra Congregatione resolutum*. Certum quoque est, facultates ejusmodi, nisi necessitas id postulet, nunquam concedi; vel, si aliquando concedantur, non haberi tamquam alicujus Sacerdotis privilegium, sed tantum ob causam peculiarem necessitatis. Fagnanus id fatetur *Cap. In ordinanda, num. 37. de Simonia: Miratur Sacra Congregatio agi de his licentiis concedendis; nam id non nisi ex magna necessitate fieri debet, & magna cautela, ut puta in locis, ubi perpauissimi sunt Sacerdotes, vel adsunt impedimenta adversariorum Fidei, vel*

quid

Causa utilitatis non sufficit ut bis celebretur.

Neque paupertatis ex inopia Ecclesiæ.

Perpendite rationes Parochorum.

Quas rejicit.

quid simile &c. Nec concedi potest hac licentia ab Episcopo generaliter, quasi privilegium alicujus Sacerdotis, sed tantum in aliquo casu particulari, necessitatis causa ab Episcopo examinanda. Itaque cum ejusmodi causam necessitatis haud deprehenderit, nunquam Parochos tuos probabimus, si ipsi de te conquerantur, Nos prudentiam Fraternalitatis Tuae magnopere commendamus, Teque agnoscimus animum, mentemque tuam conformasse exemplo praedicti Sancti Caroli Borromei, qui in prima Synodo Provinciali cap. 5. abrogavit licentias a suis Praedecessoribus concessas plures Missas celebrandi.

Quid de
consuetudi-
ne.

Parochi postremo, ut causam suam tueantur, vetustissimam adducunt consuetudinem. Nos, utrum ratione, an temere id asserant, examinare praetermittimus. Solum inquirimus, utrum ea consuetudo rationem praescriptionis, aut praesumptionis sibi comparaverit; & utrumque falsum, & alienum judicamus. Non utique Jus Divinum, sed Jus Ecclesiasticum prohibet, eadem die ab eodem Sacerdote Sacrificium iterari. At non omnia, quae Juris tantum Ecclesiastici sunt, praescribi possunt. Si etenim juxta Civiles Leges, sanctae res praescribi non possunt, absolum undique est asserere, fuisse per praescriptionem aliquid obrentum, vel acquisitum, quod adversetur sanctionibus universalibus Ecclesiae, quarum observantiam Sacrum Tridentinum Concilium in Missarum celebratione Sacerdotibus omnibus praecipit, uti colligitur ex Decreto de observandis, & evitandis in celebratione Missae.

In nonnullis regionibus mos inoleverat, quod Parochi duarum Parochiarum feriâ sextâ majoris hebdomadae Officium faciebant, primum in una ex Parochiis, & deinde illud iterabant in altera. Jejunii praecipuum in sumptione Eucharistiae non est Juris Divini, sed Ecclesiastici, teste Cardinali Bona *Rerum Liturgicarum lib. 1. cap. 21. num. 2.* ubi refert, initio non omnibus in locis universos praedictâ lege obstrictos fuisse: cumque, hoc minime obstante, animadversum fuisset, Parochum celebrantem Officium in secunda Parochia, non jejunium sumere Eucharistiam sub specie panis; sumperat enim in Officio, quod celebravit in prima Parochia, particulam Hostiae consecratae die praecedenti, unâ cum vino non consecrato, & sic jejunium fregerat naturale; reprobata fuit consuetudo, etsi, uti assereretur, pietati & devotioni innixa. Hoc exemplo percussi alii Parochi duarum Parochiarum, aliam induxerunt consuetudinem, ut in utraque Parochia Officium feriâ sextâ majoris hebdomadae celebrare possent; praetermittendi videlicet haustum vini in primo Officio, quod in prima Parochia celebrabant, sumentes tantummodo speciem panis, ut jejunii in secunda Parochia Officium facerent, Missamque, quae dicitur Praesantificatorum, celebrarent. At hac quoque consuetudo fuit reprobata, utpote contraria ritui Ecclesiastico, quem & Ordo Romanus, & Sacramentarium Sancti Gregorii praescribunt, & adhibet universalis Ecclesia. Franciscus Sylvius magni nominis Theologus *tom. 5. suorum Operum* editionis Antuerpiensis *Orat. 1.* quae est unica de Officio Parasceves, rem graphicè exponit, nec Parochorum consuetudini censet esse ullo modo deferendum. De hac eadem re plura habentur apud Suarez in *3. part. Divi Thomae tom. 3. quaest. 73. art. 2. disput. 80. sect. 3.* Et Nos ipsi hac omnia exposuimus in nostro *Tractatu de Sacrificio Missae*, typis Patavinis edito, *sect. 2. §. 39.* Et in alio *Tractatu de Festis Domini Nostri Jesu Christi par. 1.* typis quoque Patavinis edito, *§. 336. & seqq.* confutavimus errorem Graecorum Schismaticorum, qui volunt, in Missa Praesantificatorum, per immersionem Particulae in Calicem ex Sacrif-

fima Hostia detractâ, transubstantiationem fieri vini in Sanguinem Christi; & diximus, Sacerdotem in Officio feriâ sextâ majoris hebdomadae, sumere Christi Corpus & Sanguinem, cum utrumque revera sit sub specie panis, praecedenti licet die consecrati.

Praescriptionem excipit praesumptio, de qua modò sermo habendus est. Equidem non ignoramus Jurisperitorum commune adagium, nempe ratione consuetudinis immemorabilis afferri posse in medium quemcumque gratiosum titulum, & etiam privilegium Apostolicum, quod utpote nullo certo documento probatum, praesumptum appellatur. Sed, ceteris praetermissis, ne hac epistola longior evadat, subdimus, hæc intelligi posse de illis privilegiis, quae impetrari potuissent a Sede Apostolica, si quis ea postulasset; non verò de illis, quae cum postulantur, negari omnino consueverunt; ne praesumptio plus habeat roboris, & momenti, quam veritas.

Romanis Pontificibus mos est, ut ea negotia, quae ipsi per se expedire nolint, ad Congregationes rejiciant examinanda; ut earum consilio rem expediant. Anno 1657. cum in Civitate, quam dicunt de Assumptione, in Provincia Paraguariensi, pars magna Nobilium domi se continerent, utpote decenti apparatu vestium carens, nec accederet ad Ecclesiam, ut Sacrum die festo audiret, Episcopus exoravit, ut sibi facultas daretur celebrandi Missam antelucanam Nobilium praedictorum gratiâ, & aliam ante meridiem, ut reliquus populus Missae praecipuo diebus festis satisfaceret. De hac re actum fuit in Congregatione Concilii die 1. Septembris 1657. nec petitio fuit exaudita, eâ potissimum de causa, quod imperceptibile visum est, alium non adesse Sacerdotem, qui Missam antelucanam celebraret pro Nobilibus; quemadmodum colligitur ex *lib. 21. Decretor. pag. 56.*

Praeterea vobis omnibus notum est, in Regnis Aragoniae, Valentiae, & in Comitatu Catalauniae, die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, quemlibet Sacerdotem Saecularem bis Missam celebrare posse, & ter quemlibet Sacerdotem Regularem; quod singulare privilegium antiquae consuetudini, & famae Apostolici privilegii concessi vel a Julio III., vel a Paulo III. Summis Pontificibus innititur. De dicto privilegio egimus in supra citato nostro *Commentario de Sacrificio Missae sect. 2. §. 31.* & latius dum munere fungebamur Secretarii Congregationis Concilii, cum Causa quaedam Castellana pertractaretur, quemadmodum videri potest in *Thesauro Resolutionum praedictae Congregationis tom. 2. pag. 168.* & plura quoque de dicto privilegio relata fuerunt a bonae memoriae Cardinali Lanfredino, dum ipsum Secretarii munus obiret, & de quadam Causa Oriolen. ageret, de qua *tom. 5. ejusdem Thesaur. pag. 384. & seqq.* Viri, qui dignitate, & praesantia supra ceteros eminebant, Summis Pontificibus humillimè supplicarunt, non ut quidem rem novam permitterent, sed ut tantum ad quasdam alias regiones memoratum privilegium extenderent, ob quod Presbyteri tum Saeculares, tum Regulares in die Commemorationis omnium Defunctorum rem Divinam iteratò faciebant, praecipue suas singulari pietate, & rationibus undequaque petitis cohonestarunt; negotioque a Summis Pontificibus remisso ad Congregationem Concilii, hac precibus hujusmodi morem haud gessit, sed petentes, uti fieri cum principibus viris consuevit, urbanè dimisit, quemadmodum recensuimus in citato nostro *Tractatu de Sacrificio Missae sect. 2. §. 32.* editionis Patavinae.

Porro si denegatum fuit Episcopo petium privilegium celebrandi bis in die festo, ut Nobiles

fatis-

fatisfacerent præcepto audiendi Missam, eo quod alius aderat Sacerdos, qui Sacrum facere poterat; si principum virorum vota exaudita non fuerunt, qui tantum pro extensione privilegii precabantur, & talis privilegii, quod unicam tantum diem quolibet anno respiciebat; unusquisque facili negotio cognoscere poterit, quid a Sede Apostolica factum esset, si simplices Parochi facultatem petissent bis celebrandi, ubi alius non deesset Sacerdos, qui Parocho operam suam præstare posset, & bis celebrandi, non unicâ die intra annum, sed tot diebus, quot per anni cursum festi dies celebrandi fidelibus præcipiuntur.

Ut Fraternitati Tuæ postulatis responderemus, negotium unico verbo cognoscimus Nos absolvere potuisse, dicendo nimirum, tuam Constitutionem Synodalem observandam esse. Henricus enim Boich, antiquus Juris Canonici Professor, in *Comment. ad Cap. Te referente*,

Decretum
Episcopi ser-
vandum de-
cernitur.

IV.

De Præsentatione dignioris inter approbatos ab Examinatoribus ad Parochiales Ecclesias Jurispatronatus Ecclesiastici, cum resolutione nonnullorum dubiorum.

Venerabili Fratri Archiepiscopo Florentino.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater salutem, & Apostolicam
Benedictionem.

REDITÆ Nobis sunt Literæ Tuæ, quibus cum una ad Nos missi disceptationem Advocati Petri Brogiani, ut de his, quæ a Te proponerentur, quæ nostra sententia sit, dicemus.

Primum: An Patronus Ecclesiasticus teneatur in foro externo præsentare ad Beneficium Curatum eum, qui inter approbatos ab Examinatoribus magis idoneus, & magis dignus est?

Secundum: An Episcopus, ad quem spectat dare institutionem, debeat sequi iudicium Patroni de magis idoneo, magisque digno, an potius inquirere, rectum ne sit Patroni iudicium, an secus?

Tertium: Si appellaverit, qui se digniorem esse putat, & possit haberi est; an suspendi debeat institutio præsentati, an verò hæc debeat suum effectum sortiri; paucis, an appellatio inæposita locum habeat in devolutivo tantum, an potius etiam in suspensivo?

Ut igitur exordiamur a prima questione, in qua queritur, an Patronus Ecclesiasticus teneatur in foro externo præsentare ad Beneficium Curatum eum, qui magis idoneus, magisque dignus est inter approbatos ab Examinatoribus; respondemus, teneri. Nam antiquis omnibus disputationibus omissis, cum juxta Concilii Tridentini præscriptum in Beneficiis Curatis coram Examinatoribus Synodalibus concursus haberi debeat, debeantque Examinatores Synodales approbare eos, qui magis idonei sunt, quorum deinde unum debet Patronus Ecclesiasticus Episcopo præsentare, ut ei institutionem præbeat, hæc agendi ratio, ac methodus necessario secum fert, ut Patronus Ecclesiasticus teneatur præsentare eum, quem digniorem inter probatos ab Examinatoribus existimat.

Verba Concilii satis per se clara sunt in cap. xviii. sess. 24. de Reformatione: Si verò Jurispatronatus Ecclesiastici erit, loquitur de Beneficio Curato, ac institutio ad Episcopum, & non alium pertineat, is, quem Patronus digniorem inter probatos ab Examinatoribus iudicabit, Episcopo præsentare teneatur, ut ab eo instituat.

Tria dubia
Pontificis
proposita.

Responsio ad
primum.

num. 2. de celebratione Missarum, docet a nemine binas Missas eadem die celebrari posse, si id sit vetitum in Constitutione Synodali. Sed hæc scribenda ad te putavimus, ut tuum religionis eximium studium nostris laudibus prosequeremur. certamque normam, ac rationem ante oculos propositam haberes, ad quam consilia tua, tuamque mentem tutissimè conformares. Quapropter tres dies in privata nostra Bibliotheca manè insumpimus, quos vacuos, ac liberos ab audiendis Ministris, molestisque negotiis nacti sumus, ut has literas conficeremus. Postremò te summopere iterumque commendantes, qui hujus Sedis Apostolicæ in dubiis rebus sententiam consiliumque exquisieris, Benedictionem Tibi nostram, Venerabilis Frater, peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majori die xvi. Martii MDCCLVI. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Dat. die 16.
Martii 1746.

Della Præsentazione del più degno tra gli approvati dagli Esaminatori alle Chiese Parochiali di Patronato Ecclesiastico, con la risoluzione di alcuni dubbj.

Venerabili Fratri Archiepiscopo Florentino.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater salutem, & Apostolicam
Benedictionem.

CI fu presentata una di Lei lettera unitamente con una bella Scrittura composta dall'Avvocato Pietro Brogiani, acciò da Noi si professasse il nostro sentimento sopra i seguenti punti di Canonica Giurisprudenza:

Primo: Se il Patrono Ecclesiastico sia obbligato nel foro esterno a presentare al Beneficio Curato quello, ch'è il più idoneo, ed il più degno fra gli approvati dagli Esaminatori.

Secondo: Se il Vescovo, che dee dare l'istituzione debba stare al giudizio dato dal Patrono circa il più idoneo, ed il più degno, o pure se debba far indagine sopra la sussistenza del detto giudizio.

Terzo: Se appellando chi pretende d'esser più degno, ed è stato posposto, debba sospendersi l'istituzione del Presentato, o pure debba questa avere il suo effetto; in una parola, se l'appellazione interposta debba aver luogo solamente in devolutivo, o pur anche in suspensivo.

Incominciando dal primo punto, nel quale si cerca, se il Patrono Ecclesiastico sia obbligato nel foro esterno a presentare al Beneficio Curato quello, che è il più idoneo, id il più degno fra gli approvati dagli Esaminatori, rispondiamo sicuramente di sì; imperocchè lasciando da parte tutte le dispute antiche, dovendosi, secondo il prescritto dal Sacro Concilio di Trento, ne' Benefizj Curati di Patronato Ecclesiastico tener il Concorso avanti gli Esaminatori Sinodali, dovendo gli Esaminatori Sinodali approvare quelli, che sono idonei, dovendo poi il Patrono Ecclesiastico presentare uno di questi al Vescovo, perchè conceda l'istituzione, questo metodo di operare porta seco la necessità, che il detto Patrono Ecclesiastico sia anche nel foro esterno obbligato a presentare quello, che esso crede il più degno fra gli approvati dagli Esaminatori.

Le parole del Concilio sono troppo chiare nel cap. 18. alla sess. 24. de Reformatione: Si vero Jurispatronatus Ecclesiastici erit, parla del Beneficio Curato; ac institutio ad Episcopum, & non alium pertineat, is, quem Patronus digniorem inter probatos ab Examinatoribus iudicabit, Episcopo præsentare teneatur, ut ab eo instituat.

Tre dubbj
proposti al
Pontefice.

Risposta al
primo.

Quod procedit, etiam si Episcopus Patrono non intimaverit, ut digniorem presentet, quam cautionem memorat *Abbas in cap. Constituitis 2. de appellationibus*. Quoniam quicquid sit de utilitate hujus cautionis ante Concilium Tridentinum, superflua certe est post idem Concilium, a quo in Beneficiis Curatis Patronatus Ecclesiastici demandatus est concursus; & injunctum fuit Patrono Ecclesiastico, ut eum presentet, quem inter probatos ab Examinatoribus digniorem, magisque idoneum censebit, quod valet amplius quacumque admonitione, seu interpellatione, quam Episcopus Patrono Ecclesiastico faciat.

Responso ad
secundum
cum distin-
ctione.

Expediti a prima quaestione ad alteram transibimus, in qua queritur: An Episcopus, ad quem pertinet instituire, sequi debeat iudicium Patroni circa magis idoneum, magisque dignum, an potius inquirere, iudicium ejusdem Patroni rectum ne sit, an non; & quod ad hanc quaestionem attinet, censemus necesse esse unum ab altero casum distinguere.

Nam, aut inter probatos ab Examinatoribus nemo est, qui de Patroni iudicio queratur, a quo, puta Titius magis idoneus, magisque dignus aestimatus est, ique Episcopo presentatus, & tum Episcopus sequi debet iudicium Patroni, nequaquam vero in ejus iudicium inquirere. Nam a Sacro Concilio non praescribitur, ut digniorem instituat, sed quem Patronus inter approbatos ab examineribus digniorem judicaverit: quem Patronus digniorem inter probatos ab Examinatoribus judicabit. Ut bene animadvertit Fagnanus in suis manuscriptis, quae apud Nos extant super cap. xvij. sess. 24. de Reformatione. Et non potest Episcopus opponere, quod Patronus Ecclesiasticus non vere digniorem, sed quem ipse Patronus digniorem arbitratur, elegerit, & Episcopo presentaverit, quia Concilium voluit absolute institui illum, quem Patronus tanquam digniorem elegerit.

Et in hujusmodi facti specie locum habet rescriptum Congregationis Concilii ann. 1573. ut videre est lib. 1. Decretorum pag. 167. verba autem haec sunt: *Sacra &c. censuit, si Parochia sit Jurispatronatus Ecclesiastici, & institutio ad Episcopum pertineat, facultatem judicandi digniorem inter idoneos probatos ab Examinatoribus, spectare ad Patronum Ecclesiasticum, & Episcopum teneri instituire eum, quem dictus Patronus judicaverit digniorem, & ipsi Episcopo presentavit.*

Aut inter ab Examinatoribus idoneos probatos aliquis est, qui iudicio Patroni minime acquiescens coram Episcopo, cujus est dare institutionem, queritur, se posthabuit fuisse, licet magis dignus, & idoneus altero sit, quem Patronus tanquam digniorem, & magis idoneum Episcopo presentavit; & hoc secundo casu cum Episcopus iudicis Personam sumere cogatur, sequi non debet Patroni iudicium circa magis idoneum, magisque dignum, sed priusquam institutionem concedat, in Patroni iudicium inquirere, ut inter alios recte considerant Garzia de Benefic. par. 9. cap. 2. num. 265. & seq. & praecipue num. 268. & seq. & Venturia in prax. rer. Eccles. tom. 2. adnot. 5. §. 2. num. 5. 6.

Non obstat, si quis assereret etiam hoc secundo casu clausis oculis sequendum esse Patroni iudicium de magis idoneo, magisque digno, perinde ac si id consentaneum sit verbis Concilii superius laudatis: *Quem Patronus digniorem*

Il che ha luogo ancorchè il Vescovo non avesse fatta al Patrono Ecclesiastico l'intimazione di dover presentare il più degno, cautela mentovata dall'Abbate nel cap. *Constituitis*, il secondo de *Appellationibus*: imperocchè, ciocchè siasi dell'utilità della cautela avanti il Concilio di Trento, essa è superflua dopo il detto Concilio, che avendo stabilito il concorso ne' Benefizj Curati di Padronato Ecclesiastico, ed avendo, come si è già veduto, prescritto al Patrono Ecclesiastico di presentare quello, che giudicherà il più degno, ed il più idoneo fra gli approvati dagli Esaminatori, ciò vale assai più di qualsivoglia ammonizione, o sia interpellazione particolare, che dal Vescovo si faccia al Patrono Ecclesiastico.

Spediti dal primo punto, faremo passaggio al secondo, nel quale si cerca; se il Vescovo, che dee dare l'istituzione debba stare al giudizio dato dal Patrono circa il più idoneo, ed il più degno, o pure se debba fare indagine sopra la sussistenza del detto giudizio. Et in ciò, che appartiene a questo secondo dubbio, Noi crediamo doverci distinguere un caso dall'altro, come in appresso.

O fra gli approvati dagli Esaminatori non v'è chi promova querela sopra il giudizio dato dal Patrono, che avendo creduto l'izio più idoneo, e più degno degli altri, l'ha presentato al Vescovo: ed in questo caso il Vescovo dee stare al giudizio dato dal Patrono, nè dee formare indagine sopra la sussistenza del medesimo; non dicendo il Sacro Concilio, che il Vescovo istituca il più degno, ma quello, che il Patrono avrà giudicato più degno fra gli approvati dagli Esaminatori: quem Patronus digniorem inter probatos ab Examinatoribus judicabit: come ben riflette il Fagnano ne' suoi manoscritti, che abbiamo presso di Noi, sopra il cap. 18. della sess. 24. de Reformatione: Et non potest Episcopus opponere, quod Patronus Ecclesiasticus non vere digniorem, sed quem ipse Patronus digniorem arbitratur, elegerit, & Episcopo presentaverit; quia Concilium voluit absolute institui illum, quem Patronus tanquam digniorem elegerit.

E in questi termini procede una Risoluzione della Congregazione del Concilio dell'anno 1573. come può vedersi nel lib. 1. de' Decreti alla pag. 167. & a terg. ed ecco le parole: *Sacra &c. censuit, si Parochia sit Jurispatronatus Ecclesiastici, & institutio ad Episcopum pertineat, facultatem judicandi digniorem inter idoneos probatos ab Examinatoribus, spectare ad Patronum Ecclesiasticum; & Episcopum teneri instituire eum, quem dictus Patronus judicaverit digniorem, & ipsi Episcopo presentavit.*

O pure fra gli approvati dagli Esaminatori per idonei si ritrova taluno di loro, che non quietandosi al giudizio dato dal Patrono, promove avanti il Vescovo, che dee dare l'istituzione, le sue istanze lamentandosi d'essere stato postposto, benchè più degno ed idoneo dell'altro, che il Patrono avendo creduto più degno, e più idoneo di lui, l'ha come tale presentato al Vescovo; ed in questo secondo caso il Vescovo venendo astretto ad assumere la qualità di Giudice, non dee stare al giudizio dato dal Patrono circa il più idoneo, e più degno, ma dee prima di dare l'istituzione fare indagine sopra la sussistenza del detto giudizio, come fra gli altri molto bene riflettono il Garzia de Beneficiis alla par. 9. cap. 2. num. 265. e seq., e particolarmente al num. 268. e seq. ed il Venturia in *Praxi Rerum Ecclesiasticarum* al tom. 2. annot. 5. §. 2. num. 5. e 6.

Nulla ostando, se mai si dicesse, doverci anche in questo secondo caso deferire ciecamente al giudizio dato dal Patrono sopra il più idoneo, ed il più degno, in sequela delle citate parole del Concilio: quem Patronus digniorem inter pro-

Risposta al
secondo con
distinzione.

inter probatos ab Examinatoribus judicabit: Nam prætermisissis, quæ a Doctoribus dicuntur, nempe ea verba intelligenda esse de iusto, vero, proboque iudicio, ut videre licet apud *Massobrium in praxi habendi concursus requisit. 5. dub. 1. num. 43. 44.* Concilium agens de Beneficio Curato Patronatus Ecclesiastici inquit: *quem Patronus digniorem inter probatos ab Examinatoribus judicabit.* Non multo autem superius loquens eodem loco de Beneficio Curato libera collationis Ordinarii, his verbis utitur: *Episcopus*, inter eos, qui probati sunt tanquam idonei ab Examinatoribus Synodalibus, *eum eligat, quem ceteris magis idoneum judicaverit.*

At vero si quis ab Examinatoribus probatus tanquam idoneus contra iudicium, quod secundum alterum tulit Episcopus eum prælegendo, institerit, audatur, & ab appellationis Iudice expenditur, Episcopi iudicium rectissime probumque sit, an pravum, atque iniustum, ut quotidie re ipsa contingit, & definitum legitur a San. mem. Pio V. Prædecessore Nostro *in sua Constitut. xxxij. In Conferendis.* Multo magis quæviscumque sint Concilii verba; si quis inter probatos ab Examinatoribus actionem moveat contra iudicium a Patrono latum, æquum iustumque erit, ut audiatur, & manus erit Episcopi, ad quem instituire in beneficio pertinet, diligenter inquirere, Patroni iudicium utrum valeat, nec ne; regulisne iustitiæ, an secus innitatur.

Supereft tertia quæstio, in qua, ut superius diximus, quaritur, si is, qui se digniorem existimat, & posthabitus est, suspendi debeat institutio presentati, an potius eam exequi oporteat, paucis, si appellatio interposita locum habeat in devolutivo dumtaxat, an etiam in suspensivo: Et hic etiam opus esse videtur unum casum ab altero distinguere. Nam aut iudicium Episcopi convenit cum illo Patroni Ecclesiastici, adeo ut is, qui presentatus est a Patrono Ecclesiastico tanquam magis idoneus, & dignus, talis etiam ab Episcopo iudicetur, & isti institutio ab Episcopo concedatur, si posthabitus a Patrono, & ab Episcopo appellet, ejus appellatio in devolutivo tantum locum habebit, & illi, qui institutus est ab Episcopo, Parochie possessionem minime retardabit.

Præterea Motu, scientia, auctoritate, & potestatis plenitudine similibus, peculiarem Congregationem ex nonnullis S. R. E. Cardinalibus, nec non aliquibus Romana Curia Prælatiis compositam institutumus & deputavimus: Cui quidem Congregationi Nos Ven. Fratrem Nostrium Hannibalem Episcopum Portuen. S. R. E. Camerarium S. Clementis, ac Dilectos Filios Nostros Antonium Xaverium Tit. S. Stephani in Monte Celio Gentili, Dominicum Tit. SS. Duodecim Apostolorum Riviera, Sylvium Tit. S. Priscæ Valenti Nostrium Secretarium Status, Presbyteros, & Hieronymum S. Angeli in Foro Piscium Diaconum Columna, respectivè nuncupatos, ejusdem S. R. E. Cardinales, nec non Dilectos etiam Filios Magistros Joannem Baptistam Mesmerum Thesaurarium Nostram Generalem, Joannem Julianum Rubini prædictæ Camera Nostre Commissarium Generalem, & Clementem Argenvilliers Auditorem Nostrum, tamquam ipsius Congregationis cum definitivi suffragii jure Secretarium, adscribimus. Hujus autem Congregationis, & Personarum eam pro tempore constituentium munus sit, & assidua cura, non modo præmissorum omnium & singulorum plenam executionem, & exactissimum implementum urgere, & promoveri; verum etiam ad omnia & singula genera & capita tam expensarum, atque onerum, quam reddituum & proventuum Camera Nostre Apostolicæ sollicitum dirigendo considerationis intuitum, opportuna pro tempore consilia & remedia excogitare, Nobisque & Successoribus Nostri Romanis Pontificibus insinuare, quæcumque ad optimum ipsius Camera regimen, & Publici Ararii emolumentum, ad subditarum Civitatum & Communitatum levamen, ac Populorum incolumitatem utilitatemque, in Domino existimarint salubriter expedire. Quapropter volumus & mandamus, hujusmodi Congregationem semel singulis mensibus, nimirum prima Feria tertia cujuslibet mensis, que de cetero impedita non fuerit, incipiendo a prima Feria ter-

Quibus tem-
poribus, &
quo in loco
haberi de-
beat.

tia mensis Julii proxime futuri, (quo nimirum tempore rationes dati & accepti, que pertinent ad elapsam annum millesimum septingentesimum quadagesimum quintum, confectas, atque inter se collatas fore præcipimus), & sic deinceps de mense in mensem, in Palatio Nostro, & in Aedibus solito habitationis præfati Nostri Secretarii Status, indefinenter congregari; eademque prædictum Franciscum Simonetti in præinserta Schedula sæpè memoratum, sive aliam pro tempore Camera Nostre prædictæ Ratiocinatorem Generalem, semper interesse; ut communi studio atque consilio, quæcumque super præmissis examinanda fuerint, expendantur, & que iusta & utilia visa fuerint, statuuntur & implentur.

Decernentes easdem presentes Litteras, atque omnia & singula, tam in his, quam in præinserta Schedula Nostri Motus proprii contenta atque statuta, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis vitio, seu intentionis Nostre, aut alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, in jus vel controversiam revocari posse; sed illa semper valida, firma, & efficacia esse & fore, ac ab omnibus & singulis ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari; Sicque, & non aliter in præmissis omnibus & singulis per quoscumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam Casuarum Palatii Apostolici Auditores, nec non S. R. E. Camerarium, & quoscumque alios Cardinales etiam de Latere Legatos, Vice Legatos, & Nuncios, Thesaurarium quoque Generalem, etiam in Camerali, & Computarium respectivè Congregatione, ac Clericos Præsidentes, aliosque Ministros, & Officiales Camera prædictæ, ac alios quavis potestate fungentes nunc, & pro tempore existentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus omnibus his, que in præinserta Schedula non obstat volumus, atque aliis quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostre Confirmationis, Approbationis, Præcepti, Mandati, Statuti, Sanctionis, Decreti, Deputationis, & Voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Rome apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadagesimo sexto, quarte decimo Kalendas Maji, Pontificatus Nostri Anno sexto.

D. Card. Passioneus.

J. Darius.

VISA DE CURIA

I. C. Boschi.

L. Eugenius.

Loco ✕ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicat. die 6. Maji anni 1746.

De regularibus extra Clausura degentibus, & sese translatos asserentibus.

Venerabili Fratri Bernardo Episcopo Sancti Pauli in America Lusitana.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

PONTIFICIA commendatione nostra prosequimur debitum tue erga Apostolicam hanc Sanctam Sedem obstrictæ obedientiæ obsequium,

Clausulæ præ-
servativæ.

Derogatio-
nes.

Sanctio.

Data Pontif.
anno 6. die
18. Aprilis
1746.

VII.

& laudabile pastoralis sollicitudinis, ac vigilantia officium, quo supplex ab eadem Apostolica Sede consultata petis, quibus instructus in commissa Tibi istius Diocesis administrationis Te pro munere Fraternitati Tuae inuncto provide sapienterque cum aeterna Christifidelium salute gerere debeas. Reperiri siquidem, ad Congregationem Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum refers, quamplurimos in ipsa Diocesi Tua Regulares Viros, qui habitu, & super habitu Mozettam induti extra Claustra in Saecularium Hominum domibus degentes, ad Terram colendam, saecularia negotia obeunda, ac mercaturam faciendam incumbunt; adeoque mores a Religiosa vita longe alienos pravosque non sine bonorum offensione, ac scandalo praeseferunt. Alios praeter ea significas Regulares Viros esse, qui ex uno ad alterum Religiosum Ordinem se Apostolica auctoritate translatos fuisse asserunt; atque adeo in hoc altero Ordine constituti, facultatem licentiamque sibi inesse faciant, qua sibi liceat extra Claustra itidem commorari, agriculturam pariter exercere, & mercaturae operam navare. Nos itaque Fraternitati Tuae in memoriam revocamus, omnes & singulos Regulares Episcopo in Civilibus subiectos esse, eisdemque Religiosos, cujusvis Ordinis, & Instituti sint, extra Claustra degentes, & delinquentes subiectos esse Ordinario Loci, uti Sedis Apostolicae Delegato, qui eos visitare, punire, & corrigere potest, uti conceptis verbis statutum est a Concilio Tridentino sess. 4. cap. 3. de reformatione. Praeterea laudatum Concilium Tridentinum sess. 14. de Reformatione cap. 11., quoad translatos statuit, ac praescribit, ut quilibet translatus in Ordine ipso, ad quem transfertur, sub sui Superioris obedientia in Claustro perpetuo maneat. Unde fit, ut super quolibet translatorum huiusmodi extra Claustra commorante, ac degente Antistes loci Ordinarius vigore memorati Decreti Concilii Tridentini sess. 6. cap. 3. de Reformatione, omnem habeat jurisdictionem, illamque libere, & licite exercere possit, & valeat. Quo autem pacto Te cum translatis quibuscumque sibi Apostolica auctoritate, ut extra Claustra libere vivant, indultum fuisse asserentibus agere oporteat, certiore facimus, nemini juxta ordinatas, statutasque regulas ex una ad aliam Religionem, nisi in illa, ad quam quemvis transferri contigerit, vigeat Claustralis, ac Regularis observantia, & quae non sit hospitalaria, aut militaris, transitum impetiri. Quod si vero aliquando audieris cum aliquo Religioso Viro ab Apostolica hac Sancta Sede benigne dispensatum fuisse, ut vel in habitu Sacerdotis Saecularis permanere, vel ad aliam Religionem, in qua Claustralis, & Regularis observantia non vigeat, transire posset, Te doctum volumus, id sane perraro, & gravissimis, rationalibusque de causis fieri: Hisce demum ita expositis, cum ad Fraternitatem Tuam relatum fuerit, esse ac reperiri quemlibet Religiosum Virum, qui se Indulto quocumque huiusmodi donatum uti, frui, ac gaudere contendat, eundem opus est, ut ad tale Indultum Tibi ostendendum primum, etiam adhibita vi, compellas, atque insimul, postquam illud perlegeris, diligenter expendas causas in ipso Indulto contentas & expressas, verae ne, an falsa sint. Quod si illud Indultum commonstrare, & tradere detrectaverit, adversus ipsum, juris ordine servato, statim procedas juxta facultatem Tibi attributam in suprascripto Tridentinae Synodi cap. 3. sess. 6. de reformatione. Et si Indulti causas minime veras esse compereris, ne dubites super ejus subreptione, seu obreptione pro-

nuntiare, & adversus Religiosum procedere extra Claustra sine facultate degentem. Ceterum Fraternitati Tuae persuasum esse optamus, Nos nunquam passuros esse, ut quaecumque Apostolicae nostrae caritatis supremaeque auctoritatis ad oves Tibi creditas, de quibus districta a Te non minus Nobis, quam Pastorum Principi JESU CHRISTO Aeterno Judici ratio reddenda est, saluberrime pascendas regendasque conducentia exoraveris, officia a Fraternitate Tua desiderentur. Interim Fraternitati Tuae Apostolicam Benedictionem paramanter elargimur.

Datum in Arce Gaudulphi Albanen. Diocesis sub Annulo Piscatoris die XXVII. Maji MDCCXLVI. Pontificatus Nostri Anno Sexto.
Cajetanus Amatus.

Dat. die 27. Maii 1746.

Litterae jam editae adversus Confessarios exquirentes a Penitentibus complicitum nomina, confirmantur; & poenae in delinquentes statuuntur, cum praescriptione Ordinis procedendi in huiusmodi Causis.

VIII.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

UBI primum de perversa quadam, & absurda praxi in Sacramento Penitentiae administrando apud nonnullos Confessarios in Portugallia, & Algarbiorum Regnis introduci coepit, non sine animi Nostri dolore, nuntium accepimus non levi aliquo incertoque rumore ad Nos perlatum, sed ita gravibus, solidisque fundamentis innixum, ut prudentem omnino fidem de periculi cum veritate, tum magnitudine facerent; praemittere non potuimus, quin continuo datis ad Venerabiles Fratres eorundem Regnorum, ac Ditionum Archiepiscopos, & Episcopos Apostolicis Nostri Literis, remedium nascenti malo quam promptissime adhiberemus. Earum vero Literarum die septima mensis Julii superioris anni millesimi septingentesimi quadragesimi quinti editarum, quas praesenti huic nostrae Constitutioni inferendas existimamus, hic tenor erat:

Delatus alius in Sacramento Penitentiae abusus.

Litteris Sanctissimi Domini, quae hic inferuntur, reprobandus fuerat.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Suprema omnium Ecclesiarum sollicitudo, & Divina JESU CHRISTI omnium Pastorum Principis, cujus vires plane immerentes gerimus, charitas assidue urget Nos, ut pro commissa divinitus imbecillitati Nostra universi Dominici gregis cura semper advigilantes, periculis animarum, sibi forte superimpenderint, per omnes Christiani Orbis Populos, ac Nationes opportune, quantum cum Domino possumus, occurramus; atque iis praecipue Regnis, & Locis peculiari quodam Apostolicae Nostrae charitatis studio, auctoritatisque providentia consulamus, in quibus, cum Fides, Religio, Pietas quammaxime floreat, callidus humani generis hostis nocere Fidelibus dum aperto bello desperat, per insidias molitur, in Angelum scilicet sese lucis transfigurans, & ementia boni specie incautus illudens; qua ex arte non minora saepe animarum detrimenta, quam ex aggressionem manifestam, esse proventura nequissimus veterator confidit. In harum autem fraudum numero computamus, quod in florentissimis Portugallia, & Algarbiorum Regnis, & Ditionibus, quibus vos Antistites summam cum Sacerdotalis virtutis vestra commendatione praesidetis, & quibus pro singulari erga Catholicam Ecclesiam, atque Apostolicam hanc

Relati abusus expositio.

Nonnulli Regulares se extra Claustra degere possent.

Alii, ad alium Ordinem translatos se esse ex Indulto Apostolico assererent.

Pontifex refert Regulares tam in Civilibus, quam extra Claustra degentes Ordinarios subiectos esse.

Unde ipsi Ordinarios eos corrigere debere.

Circa praesentios translatos refert ad quos Ordines solet Sancta Sedes translationes concedere.

Et tradit formam contra ipsos translatos procedendi.



Sanctam Sedem observantia merita debentur laudes, nuper evenisse non sine ingenti animi nostri dolore cognovimus. Pervenit enim haud ita pridem ad aures Nostras, nonnullos istarum partium Confessarios salutem zeli imagine seduci se passos, sed a zelo secundum scientiam longe aberrantes, perverfam quamdam, & perniciosam praxim in audientis Christifidelium confessionibus, & in saluberrimo Poenitentiae Sacramento administrando, invohere atque introducere cepisse; ut videlicet, si forte in poenitentes incidissent socium criminis habentes, ab iisdem poenitentibus socii hujusmodi, seu complicitis nomen passim exquirerent; atque ad illud sibi revelandum non inducere modo suadendo conarentur; sed, quod detestabilius est, denuntiata quoque, nisi revelarent, absolutionis sacramentalis negatione, prorsus adigerent, atque compellerent; immo etiam complicitis ejusdem nendum nomen, sed habitationis insuper locum, sibi exigerent designari. Quam illi quidem intolerandam imprudentiam tum procurandae complicitis correctionis, aliorumque bonorum colligendorum specioso praetextu colorare, tum emendicatis quibusdam Doctorum opinionibus defendere non dubitarent; cum revera opiniones hujusmodi vel falsas, & erroneas sequendo, vel veras, & sanas male applicando, perniciem tam suis, quam poenitentium animabus consciscerent; ac sese praeterea plurimum gravium damnorum, qua inde facile consecutura fore praevidere debuerant, reos coram Deo aeterno Judice constituerent. Et verò jam secuta fuisse multa ejusmodi damna infelici experientia comperitum est: Nec fieri potuit quin ea de causa & obloquutiones, & scandala, & non Ministrorum tantum, sed sacri etiam ipsius ministerii odium, & animorum ingens conturbatio in Populo fidei exorta sint. Tristia Nos haec nuntia cum accepimus, simul audivimus, contra exitialem hujusmodi abusum protinus iustam indignatione pro munere suo commotos fuisse dilectos Filios Nostros Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales Nunum a Cunha in iisdem Portugallia, & Algarbiorum Regnis Generalem Inquisitorem, & Thomam de Almeyda Patriarcham Lissibonensem; atque utrumque sollicitè gliscienti malo compesendo, atque eradicando adlaborasse. Nos autem, ne in tam gravi animarum discrimine ullè ex parte Apostolico Nostro Ministerio desse videamur, neve mentem hac super re Nostram apud Vos obscuram, & ambiguam esse sinamus; Nostrum Vobis esse volumus, memoratam superius praxim penitus reprobendam esse, eamdemque a Nobis per presentes Nostras in forma Brevis Literas reprobari, atque damnari, tamquam scandalosam, & perniciosam, ac tam fame proximorum, quam ipsi etiam Sacramento injuriosam, tendentemque ad sacrosancti sigilli sacramentalis violationem, atque ab ejusdem Poenitentiae Sacramenti tanopere proficuo, & necessario usu Fideles abalienantem. Eapropter, Venerabiles Fratres, quamquam de pastoralis vestrae vigilantia nihil est, quod dubitemus; Supremi tamen Officii quoque Nostri esse censemus, alacritatem ipsam vestram hac mentis Nostrae aperta significatione, & Apostolicis insuper hortationibus nostris intentius acere, & excitare, ut pro se quisque vestrum opportunioribus, quascumque prudentia suggererit, iniis rationibus, & efficacioribus quibusque juris remediis, quoad opus fuerit, contra delinquentes Ministros adhibitis, noxiam hujusmodi novitatem stvenè insectemini, ac penè nascentem opprimatis, neque patiamini traditis cura vestra ovibus ibi offendiculum parari, ubi salus a Christo posita est, ab eoque divinae misericordiae fonte illas averti, ac deterveri, ad quem ab eodem Redemptore Nostro ad abluendas, dealbandasque in sanguine suo animas amanissime invitantur. Interea, dum a zelo vestro, ac prudentia luculentiora Nobis certò pollicemur vestrae pietatis, & observantiae argumenta, Apostolicam Benedictionem cum uberrimam caelestium charismatum copia conjunctam Vobis, Venerabiles Fratres, ex animo impertimur.

Volumus autem, ut praesentium transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personae in Dignitate Ecclesiastica constituta munitis, eadem prorsus ubique fides adhibeatur, qua praesentibus adhibetur, & adhiberi possit, si forent exhibitae, vel ostensa. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vij. mensis Junii MDCCLXVI. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Cajetanus Amatus.

Has porrò Nos Literas in forma Brevis tunc datas iterum praesentibus Nostris confirmamus, & roboramus, easque ab omnibus, & singulis fideliter, exactèque observari injungimus, atque praecipimus.

Statuentes insuper, ac decernentes, ut quicumque cujusvis status, gradus, conditionis, dignitatis, & ordinis, etiam speciali, & individua, ad effectum, ut hae Nostris praesentibus comprehendantur, mentione & expressione digni, ausus in posterum fuerit docere licitam esse hujusmodi praxim, prout ea in relato Nostro Brevi exponitur, ac reprobatum; vel scribere, aut loqui praesumpserit in ejusdem damnatae praxis defensionem; vel ea, quae in dicto Brevi contra eandem praxim decreta sunt, impugnare, aut in alienos sensus temerè detorquere, seu interpretari; incidat ipso facto in excommunicationem, a qua non possit, praeterquam in articulo mortis, ab alio, quacumque etiam dignitate fulgente, vel auctoritate susulto, nisi a Nobis, vel a pro tempore existente Romano Pontifice, absolvi.

Et quia non modo cavendum est, ut, quae sunt a Nobis in praesentibus Literis decreta, ab omni impugnatione, contradictione, pravaque interpretatione salva sint, & immunia; verum etiam ne quis in Sacramenti Poenitentiae administratione ab eorum omnimoda observantia unquam recedat; idcirco omnibus & singulis Confessariis utriusque Cleri tam Sacularis, quam Regularis, quantumvis exempti, & quacumque speciali, & expressa mentione alias fortasse nominandi, graviorè & districtè, Divini interminatione judicii, atque in virtute sanctae obedientiae, prohibemus, ne, conformiter ad praedictam reprobam praxim, poenitentes, qui peccatum, seu crimen aliquid, cuius socium, aut socios habuerint, ipsis in Tribunali Poenitentiae confiteantur, interrogare praesumant, de nomine focii, seu complicitis, loco habitacionis, vel aliis hujusmodi adjunctis, sive circumstantiis, expressionem magisque individuum ejusdem complicitis manifestationem concernentibus; eidem poenitenti, si manifestare renuerit, sacramentalem absolutionem denegando; alioquin noverit sese, ultra peccati lethalis incursum, suspensioni ab officio audiendarum confessionum, aliisque etiam gravioribus poenis fore subjiciendos.

Praeterea quoniam contra damnatum hujusmodi exitialem abusum, ne cum animarum pernicie radices agat, necesse ducimus modum, ac formam etiam in foro externo procedendi, & ultrices adversus reos poenas imponendi, statuere, atque ordinare; omnesque super hoc exorturas, vel etiam jam exortas disensiones componere, & penitus amputare; volumus, decernimus, ac declaramus, quod docentes, ut supra, licitam esse praxim a Nobis jam reprobam, vel in ejusdem praxis defensionem scribentes, aut loquentes, vel ejusdem reprobationem in memorato Nostro Brevi contentam impugnantes, aut perversè interpretantes, in Officio Sanctae Inquisitionis praedictorum Regnorum, atque Ditionum severè puniantur, & contra eos, & eorum quemlibet in eodem Officio

Scandala inde exorta.

Item Cardinalium Inquisitoris, & Patriarchae sollicitudines.

Pontifex damnat relata praxim.

Episcoporum diligentiam contra eam excitat.

Confirmatio earumdem Literarum.

Et poena in docentes contradicentes, male interpretantes.

Et in Confessariis contradicentes.

Ordo procedendi contra delinquentes.

Tam docentes, contradicentes, male interpretantes,



cio procedatur, non minus, ac contra illos ibidem procedi solet, qui asserunt, tradunt, tidentur opiniones scandalosae, perniciosae, & uti tales a Sede Apostolica rejectas, & condemnatas.

Similiter in eodem Officio procedendum erit, & procedi volumus, ac statuimus contra Confessarios quoque, ut supra, delinquentes, ac de nomine complicitis poenitentem interrogantes, eidemque poenitenti, nisi illud sibi manifestet, abolitionem denegantes: Dummodo tamen huiusmodi interrogandi, ac denegandi actus talibus circumstantiis conjunctus sit, ac conuersus, quae sic agentem Confessarium de adhesionem ad praedictam reprobam praxim, tamquam ad licitam, vel alio quouis modo de prava credulitate suspectum reddant.

Itaque contra praedictos omnes, & singulos Delinquentes tam saeculares, quam quorumvis etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apostolicae immediatè subiectorum Ordinum, Institutuum, Societatum, & Congregationum Regulares, cuiuscumque dignitatis, ac praeminentiae, aut quouis privilegio muniti existant, & quorum specialis, & nominatim mentio facienda sit, praedictorum Regiorum, ac Ditionum Inquisitores, potestate a Nobis tradita, & quatenus opus sit, praesentium tenore de novo concessa, prout in causis Fidei, iuxta Sacrorum Canonum formam, nec non Sancti Officii Inquisitionis huiusmodi constitutiones, privilegia, consuetudines, & decreta, diligenter inquireant, & praecedant, & quos in aliquo ex eiusmodi excessibus culpabiles repererint, in eos, pro criminum qualitate, & circumstantiis, suspensionis ab officio confessiones audiendi, vel etiam ab executione Ordinum, privationis Beneficiorum, Dignitatum, ac perpetuae inhabilitatis ad illa, nec non vocis activae ac passivae, si Regulares fuerint, aliasque poenas decernant; omnes etiam, vel earum tantum aliquas, in perpetuum, vel ad tempus infligendo.

Quicumque verò alium quemlibet aliquo ex supradictis modis deliquisse cognoverit, eum, intra terminum dierum, in Edictis Sancti Officii eiusmodi Inquisitionis praegi solitum, eidem Sancto Officio denunciare teneatur: alioquin poenas non denunciatis per eadem Edicta infligi consuetas incurrant. Verutamen ab huiusmodi opere denunciandi iustis de causis exempti volumus, & eximimus personam ipsam poenitentem dumtaxat in causa propria, idest in casu, quod suum peccatum committens, a Confessario adigatur ad sibi manifestandum nomen complicitis in eodem peccato: tunc enim poenitentem huiusmodi ab obligatione eundem Confessarium denunciandi liberamus. Sed quando aliunde, quam ex propria, ut dictum est, confessione, noverit Confessarium aliquo ex superius enumeratis, & Sancto Officio denunciandis modis deliquisse, tunc eum & ipse denunciare ex ista aliunde habita notitia teneatur.

Quod si Confessarii de complicitis nomine perperam interrogantis, abolitionemque, ni sibi detegatur, denegantis actum contingat eiusmodi esse, ut, quamvis imprudens, & malus, simplex tamen quidam, & nudus actus fuerit, idest iis circumstantiis desertus, quae de prava crudelitate, vel de mala adhesionem ad praxim in saepe dicto Nostro Breui reprobata, tamquam ad licitam, eundem Confessarium suspectum reddant; tunc istiusmodi delictum, neque denunciationis oneri, neque Sancti Officii praedicti conuictioni subiectum erit; sed de illo cognoscere, atque in delinquentem Confessarium, per suspensionem ab audiendis confessionibus, vel alias canonicas, & legitimas poenas pro delicti modo animadvertere, ad locorum Ordinarios in sua cuiusque Dioecesi omnino spectabit.

His igitur circa ordinem, formam, modumque contra eiusmodi delinquentes procedendi, ut praefertur, constitutis, ac suis unicuique Iudici Ecclesiastico iuribus assignatis, & distributis; hanc Nos deinceps regulam ab omnibus observari, ac custodiri volumus, & mandamus, si quando talia delicta deprehendi contigerit; quae tamen haud unquam posthac eventura in Domino confidimus, accedente insuper praclarâ inclytâ Lusitanæ Nationis universis erga Sedem Apostolicam observantiâ, & obedientiâ, nec non eximia tum istius Sanctae Inquisitionis Officii, tum cuiusque loci Ordinariorum nunquam desutura vigilantia. Quapropter quaecumque aliter, quam praesentibus Nostri decernimus & constituimus, sive in Edictis praefati Officii Inquisitionis, sive in quibuslibet quorumvis Ordinariorum Mandatis, aut Pastoralibus Literis, vel Decretis antehac statuta prodierint, ea Nos, quoniam post Apostolicam hanc a Nobis propositam agendi, seu iudicandi normam minus necessaria fore censemus, desinere iam, & cessare, ac, veluti nunquam emanassent, omnem obligandi vim amittere, Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolica potestatis plenitudine declaramus, statuimus, atque sancimus.

Decernentes easdem praesentias, nec non praesentes nostras Literas, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quicumque cuiusvis status, gradus, ordinis, praeminentiae, & dignitatis existant, seu alias speciali, & individua mentione, & expressione digni, in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocari, citari, & audiri, neque causa, propter quas tum praesentia, tum praesentes emanaverint, sufficienter adducta, verificata, & iustificata fuerint, aut ex alia qualibet etiam privilegiata causa, colore, praetextu, & capite, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet defectu, notari, impugari, aut in controversiam vocari posse; sed ipsas praesentes, eademque praefatas in forma Brevis Literas, firmas, validas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis praemissis, ad quos spectat, seu pro tempore spectabit, exacte, & inviolabiliter observari.

Sicque & non aliter in praemissis censi, atque ita per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, & contra hereticam pravitatem Generales Inquisitores, Legatos quoque de Legatione, & Apostolicæ Sedis Nuntios, aliove quolibet quacumque auctoritate, potestate, & praeminentia fungentes, & functiones, sublata eis, & eorum cuiuslibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & definiti debere, ac irritum & inane, si secus super his a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus quibusvis Apostolicis, & Universalibus, sive Provincialibus, aut Synodalibus Conciliis editis generalibus, sive specialibus Constitutionibus, & Ordinariis, Edictis quoque praedicti Inquisitionis Officii, & quorumcumque Ordinariorum, etiam Episcoporum, & Metropolitanorum Mandatis, Literis Pastoralibus, sive Decretis, nec non eiusdem Officii, & quorumcumque Ecclesiarum etiam Episcopali & Metropolitanarum, & quorumcumque Ordinum, Congregationum, Religionum, & Institutuum, etiam Societatis Jesu, aliisve quibusvis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, statis, usibus, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis eidem Inquisitionis Officio,

Hæc procedendi regula servanda decernitur.

Et aliter a quocumque antehac statuta abrogantur.

Classis pro Literarum validitate & executione.

Derogationes.

Quam Confessarii contrahentes cum suspitione pravi dogmatis.

In Officio Inquisitionis iudicandi, & puniendi.

Et eidem a scientibus denunciandi.

Confessarii vero contrahentes abque dicta suspitione iudicandi & puniendi erunt ab Ordinariis.

illiusque Inquisitoribus, Commissariis, aliisque Officialibus, tum etiam Ecclesiis, eorumque Prælatibus, Ordinibus, Congregationibus, Institutis, Societatibus, illorumque Superioribus, & personis quibuscumque, sub quibusvis verborum tenoribus & formis; & cum quibuscumque etiam efficacissimis, & insolitis derogationibus, clausulis, atque decretis, etiam Motu, & Apostolica potestatis plenitudine similibus, seu ad quarumcumque personarum, etiam Regia, aliave qualibet mundana, vel Ecclesiastica potestate fulgentium instantiam, vel alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis.

Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores prædictos pro sufficienter, & de verbo ad verbum expressis & insertis, formisque huiusmodi pro plene, & exacte observatis habentes, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus.

Fides habenda transumptis.

Volumus autem, ut earundem præsentium transumptis, five exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Iudicio, & extra, ubique habeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum condemnationis, reprobationis, confirmationis, sanctionis, prohibitionis, ordinationis, abrogationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Dat. die 2. Junii 1746.

Datum in Arce Gandulphi Albanensis Diocesis Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo sexto, quarto Nonas Junii, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

D. Card. Passioneus,

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

I. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✕ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

IX.

Ordo Præcedentiæ per Votantes Signaturæ Justitiæ & Gratiæ tum in Sedendo, tum in Voto ferendo servandus.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

MILITANTI Ecclesiæ, quæ est sicut Castrorum acies ordinata, per ineffabilem Divinæ Bonitatis abundantiam, quamvis nullis nostris meritis præsidentes, illud præcipue inter cætera permagna, & ampla Apostolica procurationis nostræ munera studiosius curare debemus, ut eas providentissime tradamus, statuamusque regulas, quibus ab ipsis ejusdem Ecclesiæ Prælatibus in hac Romana Curia ad laboriosa, & difficillima totius Catholici Orbis expedienda five Gratiæ, five Justitiæ negotia Nobiscum adlaborantibus rite sancteque servatis, nulla

potissimum quoad præcedentiam inter eos confusio, & inordinatio inducatur, quemadmodum iisdem regulis nondum apprime constitutis, experientia constat, maximam inducitur fuisse confusionem inordinationemque. Duo in hac ipsa Romana Curia nostra sunt Tribunalia antiquissima sane, & aliis interdum, quàm de præsentibus, nominibus celeberrima; alterum quidem Signaturæ Justitiæ dictum, in quo duodecim tantum numerantur Prælati Votantes nuncupati; alterum vero Signaturæ Gratiæ appellatum, in quo totidem Prælati Votantes habentur. In horum sane numero Nos pariter olim, dum in Minoribus essemus, fuisse gloriamur. Porro nunquam utriusque Votantes tamquam in five Corporis, five Tribunalis speciem conveniunt; ea propter nulla quidem hac in parte necessaria est Apostolica nostræ providentiæ ratio; sed hoc præsertim præcipimus, & mandamus, ut quoriscumque tam ipsi Signaturæ Justitiæ, quàm Signaturæ Gratiæ Votantes pro suis respectu proprii Tribunalis seorsim obeundis adimplendisque muneribus invicem convenire debent, idem inter ipsos tum in sedendo, tum in votum, five suffragium ferendo præcedentiæ Ordo servetur, qui ad hanc usque diem retentus servatusque est. Quoniam, ut plurimum accedere potest, ut five unus, five plures ex utroque Signaturæ Justitiæ, & Gratiæ Tribunali Votantes quacumque ex causa five Prælatitio, five quocumque alio habitu induti quomodolibet, & ubicumque infimul reperiri possint: Hinc est, quod Nos motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine volumus & mandamus, ut in huiusmodi conventu ille Votans, qui in suo Tribunali antiquior, & prior constitutus fuerit, hoc modo præcedat, videlicet: Ut Votans prior in Signaturæ Justitiæ Tribunali adlectus, quàm Signaturæ Gratiæ Votans in suo admissus fuerit, huic secundo dicto Signaturæ Gratiæ Votanti præcedat ille Signaturæ Justitiæ Votans; ita pariter huic Signaturæ Justitiæ Votanti præcedere debeat ille Signaturæ Gratiæ Votans, qui antequam Signaturæ Justitiæ in suum Tribunal admitteretur, jam in proprio itidem Tribunal receptus fuerat: Quod si contigerit ambos alterius Signaturæ Votantes eodem die quemque Tribunali constitutos fuisse, tunc præcedentia illi detur, qui in Prælatura quacumque antiquior, & prior reperitur. Traditum itaque statutamque regulam in præmissis, dummodo nullus alius præcedentiæ titulus intercedat, omnino servandam, custodiendamque esse volumus, & mandamus. Verum cum aliquis Votans alterius Tribunalis huiusmodi five Episcopali caractere insignitus, five Protonotarii Apostolici dignitate ornatus, five quocumque alio ejusdem Romanæ Curie munere, vel officio decoratus reperitur, præcipimus insuper & mandamus, ut nulla habita Signaturæ Justitiæ, aut Gratiæ Votantis ratione, sed ea dumtaxat præcedentia illa remaneat, quæ Votanti respectu five characteris Episcopalis, five Dignitatis Protonotarii Apostolici, five cuiusvis alterius muneris præcedentiam hac in re requirentis competit, & debetur. Denique statuimus, & discernimus huiusmodi præcedentiam, cum quivis Votans in utroque Signaturæ Justitiæ, & Gratiæ Tribunali adscriptus fuerit, a primava ipsius Votantis in altero utriusque Signaturæ Tribunali receptione, & admissione, & non aliter esse repetendam, & definiendam. Decernentes ipsas præsentibus Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque

spectabit,

spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anno Piscatoris die VII. Junii MDCCXLVI. Pontificatus Nostri anno VI.

D. Card. Passioneus.

X.

Occurritur abusus in expeditione resignationum Beneficiorum inductis, ad eludendam Constitutionem Gregorii Papæ XIII. incipien. *Humano*.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Pontifex Prædecessorum Providentiam circa dimissiones Beneficiorum prosequitur.

FECLESIASTICA ministeria & officia nec ab obtinentibus temerè deseri, aut minus recta ratione vel causa dimitti, nec a minus idoneis assumi & exerceri, neque demum ullo pacto in cupiditatis & avaritiæ fomentum transferri volentes Prædecessores Nostri Romani Pontifices, plura peculiariter observanda statuerunt in admittendis Beneficiorum sive Officiorum Ecclesiasticorum dimissionibus, ac cessionibus, & eorundem sic per resignationem vacantium provisionibus & concessionibus, quæ omnia non modo Nostram approbationem & confirmationem promereri, sed etiam quò certius propositum reipsa sortiantur effectum, uberioribus providentiæ Nostræ consiliis, prout rerum necessitas suavit, stabilienda, & amplianda Nobis esse judicavimus.

Indicat præscripta a S. Pio V. per Schedulam sui Motus pro. prii: Cogit Nos.

Postquam enim beatae memoriae S. Pius Papa V. Prædecessor Noster per suam Schedulam Motus proprii, quæ incipit: *Cogit Nos*: Anno Domini MDLXVII. die xiiij. Martii, Pontificatus sui Anno II. editam, methodum & formam designaverat servandam in expeditione Literarum Apostolicarum, super gratiis Resignationum quorumcumque Beneficiorum sive Officiorum Ecclesiasticorum; certasque opportunas clausulas, expressiones, & limitationes, in hujusmodi Literis respectivè apponendas provida ordinatione præscriperat; sequenti anno MDLXVIII. per suam Constitutionem, quæ incipit: *Quanta Ecclesie Dei*: datam apud S. Petrum Kalendis Aprilis, definivit & declaravit, quam Beneficiorum, & Officiorum hujusmodi resignationes seu dimissiones ab Episcopis, & aliis ad id facultatem habentibus, quibusque ex causis recipi & admitti possent, aliasque in ipsis dimissionibus, seu resignationibus, nec non eorundem Beneficiorum resignatorum collationibus respectivè cavenda decrevit; censuras in contravenientes pronuntiando, aliasque pœnas respectivè statuendo, prout in Scheda, & Constitutione prædictis plenius continetur.

Item per Constitutionem: Quanta Ecclesie Dei.

Refert disposita a Gregorio XIII. in Constitutione: Humano.

Cum verò adhuc præfati Sancti Pii Prædecessoris Leges & Ordinationes, ad compescendas fraudes & simulationes, quæ in hujusmodi Resignationibus hominum malitia committebantur, non satis prodesse, experiendo compertum esset, placuit felicis recordationis Gregorio Papæ XIII. Prædecessori pariter Nostro in sua Constitutione, quæ incipit: *Humano vix judicio*: data apud S. Petrum Nonis Januarii, Anno Incarnationis Dominicæ MDLXXXIII. Pontificatus sui XII.,

decernere & constituere, ut omnes & quæcumque resignationes, cessiones, sive retrocessiones, quæ deinceps de quibuscumque Ecclesiis, Monasteriis, Prioratibus tam Virorum, quam Mulierum, Dignitatibus, Officiis, & Beneficiis Ecclesiasticis secularibus, & quorumvis Ordinum, etiam Militarum, Regularibus, etiam electivis, & manualibus, ac etiam de jurepatronatus Laicorum illustrium, & aliis quomodocumque existentibus, sive pacificis, sive in petitorio, aut in possessorio litigiosis, etiam de quibus in Consistorio disponi consuevit, seu debet, in manibus Romani Pontificis pro tempore existentis, ex quacumque causa, & quolibet modo fierent, & ab illo, seu illius mandato admitterentur, & super eis provisiones, & quæcumque alia dispositiones, sive temporales, sive perpetuæ, aut ad id mandata Apostolica, sub quacumque forma, & quibuscumque, etiam S. R. E. Cardinalibus, ac piis Locis quantumvis privilegiatis, facta, publicari deberent, unâ cum Literis Apostolicis desuper confectis, intra sex menses, si Beneficia citra Montes essent, ultra vero Montes, intra novem menses, a data concessionis Gratia numerandos. Cumque de forma & loco hujusmodi publicationum explendarum, plura distinctè præscripsisset; illud etiam providè constituit, ut si, in quos de Beneficiis hujusmodi resignatis, seu cessionibus, sub quacumque forma disponi vel mandari contigisset, intra dictum respectivè tempus, eorundem Beneficiorum possessionem, vigore Literarum Apostolicarum desuper confectarum, apprehendere deberent, vel, si propter litem, aut aliud legitimum impedimentum, hujusmodi possessionem reipsa apprehendere non potuissent, saltem Literas Apostolicas cum earum publicatione, si tunc facta esset, Judici, seu Executori illarum, vel aliis, ad quos pertineret, intra illud tempus præsentare, & apud illum, vel illos, pro ipsarum Literarum executione instare, & possessionem hujusmodi instanter petere tenerentur. Quod si quicquam præmissorum omnium omissem fuisset, dictis terminis, ut cuique præscripti sunt, elapsis, voluit & decrevit, omnes dispositiones & gratias resignatorum & cessionum Beneficiorum hujusmodi, cum omnibus inde sequentis, irritas & inanes esse, nullamque aliam gratiam super iisdem, his quibus concessa fuissent, suffragari, sed eos ad hujusmodi Beneficia quomodocumque obtinenda inhabiles & incapaces fore & esse: ipsaque Beneficia ceteri statim a prima resignatione seu cessione, eò ipso vacavisse, & vacare; & tanquam sic a principio vacantia, a Sede Apostolica dumtaxat impetrari, & respectivè concedi posse; & alias, prout in prædicta Constitutione latius, & uberius continetur.

Nos ipsi demum ad Romanæ & universalis Ecclesie gubernacula, licet immerentes, everti, hanc ipsam Resignationum materiam retractare coacti sumus, propter delatam ad aures Nostras nonnullorum malitiam, qui malis artibus, & per illicita pacta, fraudulento verborum & formalitatum circuitu tecta hujusmodi Beneficiorum resignationes cum reservatione Pensionum, per anticipatas deinde pecuniarum solutiones extinguendarum, in detestabilem negotiationem convertebant; quapropter hujusmodi pacta & conventiones pro abolitione, seu cassatione Pensionum, per anticipatas vel anticipandas terminorum earundem Pensionum solutiones, contemporaneè ad ipsas Beneficiorum resignationes inita, atque conventa, per aliam Constitutionem Nostram, quæ incipit: *In sublimi*: datam IV. Kalendas Septembris Anni MDCCXLI. Pontificatus Nostri Anno secundo, damnavimus, improbavimus, & omnino irritavimus; pluraque desuper opportunè statuimus atque

Memorat sui Constitutionem prohibentem fieri resignationes cum pensionibus, & pacto eam extinguendi.

fancimus,

Dolet artes adinventas fuisse ad eludendam dic- tam Gregorianam Con- stitutionem.

Ea sunt 1. Literarum Expedi- tio nimiam pro- tracta præsi- dio proroga- tionum & restitu- tionum ad pub- licandum.

2. Iteratio Præsentatæ super una re- signatione i- dentidem capta.

3. Possessio, & publicatio usque ad obi- tum resignan- tis dilata.

fancivimus, per quæ illicitarum passionum hu- juscumque exterminationi satis consultum esse & fore in Domino confidimus.

Sed neque tot salubres & providas ordina- tiones & Constitutiones valuisse ad eliminandas omnis generis fraudes & corruptelas, quas ho- minum malitia & radix malorum omnium cupi- ditas in hac resignationum materia invenit, mag- no cum animi Nostri mœrore accepimus. Siqui- dem ad eludendam præfati Gregorii Prædecessoris consultissimam Legem & Constitutionem, plu- res adinventæ sunt artes, quarum præsidio resig- natorum Beneficiorum possessio, eorumque fru- ctuum & reddituum perceptio, vel nunquam, durante resignantium vita, vel nonnisi diuturno tempore elapso, contra Pontificis opinionem & voluntatem, & contra ipsam admittæ resignatio- nis naturam, in resignatarium cum effectu tran- sifret.

Nonnulli enim negotiorum Datarie Nostre Expeditores, postquam super brevi & compen- diaria supplicatione, in qua resignantis & resi- gnatarii nomina, cognominaque, ac Titulus, & qualitas Beneficii resignandi adscripta sunt, ob- tinuerunt *Præsentatam*, quam vocant, a Substi- tuto Subdatarii semel apponi; mox ad libellum supplicem super ipsa resignationis gratia exhibi- tum emanare curarunt rescriptum Datarii, seu Pro-Datarii, Pontificie voluntatis & an- nuentia testem; vel etiam supplicationem in forma a Nobis, sive a Romano pro tempore Pontifice signari; nil amplius solliciti de ex- peditione Literarum Apostolicarum (quas inten- dunt sub Data illius diei, qui in prædicta præ- sentata, seu deinceps in supplicatione adscriptus fuit, quodcumque sibi libuerit, expedire), compluribus prorogationibus ad publicandum si- ve in integrum restitutionibus successivè se mu- niunt; quarum quidem terminos quum ad diem illum initio sibi propositum accommodaverint, minime dubitant de validitate gratie resignatio- nis, quantumvis longè post assensum Pontificis, Apostolicas super ea Literas expedire distulerint.

Alii verò, quum supradictam tantummodo *Præsentatam* in officio Subdatarii reportaverint, minime urgent pro obtinendo rescripto Datarii, aut signatura supplicationis; neque pro expedi- tione Literarum Apostolicarum, aut pro proroga- tionibus, vel in integrum restitutionibus ullo pacto instant, sed retento apud se mandato Procura- toris ad resignandum, novas identidem Præsen- tatas, tanquam ex integro iterum iterumque referre curant, usque dum, resignantis vitæ ad interitum vergente, vel alias quodcumque ipsi maluerint, resignationis negotium ulterius promovendum sibi esse ducant; tuncque dum- taxat deprompta unâ ex obtentis Præsentatis, quam sibi magis expedire judicaverint, sub il- lius data, & vigore prioris illius mandati, re- quistum consensum præstant, atque Apostoli- cas Literas expediunt.

Alii demum, præfato rescripto obtento, si- gnataque supplicatione, non desunt ante, vel post expeditionem Literarum Apostolicarum multiplices prorogationes ad eas publicandas, aut etiam elapso ipsarum prorogationum ter- mino, restitutiones in integrum adversus hujus- modi publicationis omissionem, petere & ob- tinere, ut interim, publicatione prædictæ mi- nime sequuta, nec possessione Beneficii per re- signatarium adepta, ipsius detentio, fructuum- que perceptio penes resignantem, quamvis jam- pridem se Beneficio abdicaverit, usque ad ejus obitum remaneat; nec nisi eo defuncto, vel saltem morti proximo, hujuscumque possessio in resignatarium seu cessionarium (cui, favore ob- tinentarum prorogationum, vel restitutionum in integrum nihil de suo jure deperit) cum ef- fectu tandem transferatur.

Nos igitur hujuscumque fraudes, & collusio- nes, in quibus cum animarum pernicie, & recti ordinis subversione, jurium quoque Apo- stolicæ Sedis detrimentum conjunctum esse ani- madvertimus, & quarum aliquas judicialibus controversiis non ita pridem locum dedisse, eâ- que ratione detectas fuisse novimus, de medio tollere, atque in futurum præcavere volentes, Motu proprio, ac certa scientia, & matura de- liberatione Nostri, memoratam Gregorii Præde- cessoris Constitutionem de publicandis intra cer- tum tempus prædictarum resignationum gratis, & de capiendis resignatorum Beneficiorum pos- sessione, in omnibus & per omnia approbamus, confirmamus, & innovamus; Utque relatis ar- tibus eadem Constitutio in posterum dolose, ut præfertur, eludi, & effectu fraudari amplius non valeat, hac Nostra pariter perpetuo valitura Con- stitutione in primis Datarie Nostre Notario, seu Notariis, quos de excipiendis sive exten- dendis consensibus pro quorumcumque Benefi- ciorum, sive Officiorum Ecclesiasticorum, cuius- cumque qualitatis & naturæ existant, resignatio- nibus, etiam ex causa permutationis, ac ces- sionibus, & retrocessionibus quibuscumque, tam simplicibus, quam cum pensionis, aut fru- ctuum, vel alia qualibet reservatione, quæ in manibus Nostri, aut Successorum Nostrorum Romanorum Pontificum pro tempore existen- tum a quibuscumque, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, sub quacumque forma, & qualibet ex causa, & favore cujuscumque personæ, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Car- dinalium prædictorum, aut etiam Locorum pio- rum quantumvis privilegiatorum, ad quemcum- que effectum fient, pro parte cujuscumque Per- sonæ etiam specifica mentione dignæ, ut su- pra, in posterum rogari continget, districte vetamus atque interdiciamus, ne hujuscumque con- sensus admittere, recipere, & extendere, ac super ipsis instrumenta conficere, seque de iis rogare audeant seu præsumant, quoties man- data Procuratoris, quæ ad hujuscumque consensum præ- standos exhibebuntur, adscriptam habeant Da- tam seu diem anteriorem octo mensibus, quoad Personas existentes citra Montes, vel duode- cim, quoad Personas ultra Montes constitutas, quos quidem menses ab ipso die, quo hujus- modi mandata ad consentiendum eisdem Nota- riis actu exhiberi continget, numerandos & computandos esse decernimus; non obstanti quacumque anteriori Præsentata, seu Rescripto obtento, aut etiam supplicatione sub quacum- que data jampridem manu Nostri aut Successo- rum Nostrorum signata.

Insuper volumus & mandamus, post rescrip- tum a Nostro, & Romani pro tempore Pon- tificis Datarie factum super admissione cuius- cumque resignationis, sive cessionis, aut retro- cessionis hujuscumque, a quocumque, & favore cu- juscumque Personæ, vel Locii pii, ut supra, in- tra duos ad summum menses, a data rescripti hujuscumque decurrendos, remota omni mora & prætextu, signandam esse supplicationem, & successive expediendas esse Literas Apostoli- cas; itaut intra sex menses a Data concessio- nis Gratie numerandos, quoad Beneficia citra Montes posita, & intra novem, quoad ea, quæ ultra Montes existunt, eorumdem resignato- rum Beneficiorum possessio capi, ipsæque resigna- tionum Gratia cum Litteris Apostolicis desuper confectis publicari valeant, & cum effectu pos- sessio capiatur, & Literæ respectivè publicen- tur, ad normam prædictæ Gregorianæ Consti- tutionis, & juxta formam ibi præscriptam.

Ubi verò iustis & rationabilibus de causis ali- quam prorogationem ad publicandum consulari necesse sit; nolumus hujuscumque prorogationes, ne pro prima quidem vice, amplius concedi,

Confirmat. d. Constitutio- nem Gre- gorianam.

Inhibet No- tario Datarie ne recipiat consensu su- per resigna- tionibus quo- ties Mandata Procuratoris ha- beant Datam anteriorem 8. Mensibus quoad Citra- montanos, vel 12. quoad resignantes ultra montes degentes.

Vult signari supplicatio- nem infra duos menses decurrendos a Data Res- cripti.

Item ne pri- mam quidem prorogatio- nem amplius concedi nisi

Post primam, vel secundam, ulteriores prorogationes concedi vetat.

Relinquit facultatem Datario concedendi alias prorogationes iustificato impedimento, usque ad illius remotionem.

Statuit penas per inobstantiam presentium incurrendas.

Clausula facultates.

Derogationes.

nisi docto prius in Officio Subdatarii, non autem alterius cuiuscumque Datarie predicta Officialis, de Apostolicis Litteris expeditis. Post primam autem aut secundam ad summum prorogationem huiusmodi, alias ultiores prorogationes ad publicandum, etiam quoad gratias resignationum ad hunc diem de praterito admittas, seu concessas, & nondum executioni demandatas, aut publicatas, nemini amplius in posterum conceci volumus, nisi (prater expeditionem Litterarum Apostolicarum, ut supra) coram Datario pro tempore iustificatum fuerit legitimum impedimentum, propter quod eadem Apostolica Littera executioni mandari, aut publicari non possint. Hoc enim concludenter probato, & non aliis, eidem Datario relictam volumus facultatem concedendi tot ultiores prorogationes ad publicandum, quot necessariae erunt usque ad huiusmodi legitimi impedimenti remotionem.

Quod si constiterit vel, post elapsam tempus, ut supra, praescriptum, praefatos consensus super Beneficiorum resignationibus praestitos, sive admittos, & extensos, vel intra aliud praefinitum tempus, aut supplicationes minimè signatas, aut Litteras confectas, & expeditas in posterum non fuisse, vel etiam, elapso tempore in Constitutione Gregoriana praefixo, aut alio ulteriori termino per concessas ritè prorogationes obtento, non fuisse captam possessionem, vel factam Litterarum publicationem, ut supra; aut demum, ad novas obtinendas prorogationes, falsum, & insubstans impedimentum dolose allegatum fuisse; in quolibet ex his casibus, volumus & decernimus, ipsas resignationum gratias, cum omnibus inde sequutis, nullas, irritas, cassas, & inanes esse, & censeri perinde ac si nunquam admittae, & concessae fuissent; nec ullam aliam gratiam super huiusmodi Beneficiis, aut etiam restitutionem in integrum his, quibus concessa fuerant, concedi debere, aut concessam ullatenus suffragari; sed eosdem inhabiles, & incapaces esse ad huiusmodi Beneficia sic resignata & cessa quocumque obtinenda; ipsaque Beneficia tanquam ab initio vacantia apud Sedem, ab alio quolibet impetrari, & respectivè ad libitum eiusdem Apostolicae Sedis alteri cuilibet conferri posse.

Præsentes quoque Litteras, & in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quovis alio defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, aut in jus, vel controversiam revocari posse, sed illa semper, & perpetuo valida, & efficacia fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, atque ita per quoscumque Iudices Ordinarios vel Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, dictaque Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & definiti debere, & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel igno- rante contigerit attentari, irritum & inane decernimus.

Non obstantibus quibusvis resignantium aut cedentium voluntatibus, conditionibus, protestationibus, & clausulis in ipsismet resignationibus, seu cessionibus, aut Procuratorum Constitutionibus & mandatis, ac aliis etiam ad praeservationem suorum iurium, & significationem, quod non aliter, nec alio modo resignant, seu cedunt, appositis, omnibusque & singulis aliis, quae idem Gregorius Praedecessor in relata Constitutione voluit non obviare; Datariae quoque usibus, stilibus, tolerantibus, permissionibus, & consuetudinibus etiam diuturnis, & invete-

ratis, in contrarium praemissorum quomodolibet facientibus vel extantibus; Quibus omnibus & singulis, illorum omnium & singulorum qualitates praesentibus pro sufficienter expressis habentes, quatenus eidem praesentibus adversantur, specialiter & expresse, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Ceterum Dilecto Filio Magistro Joanni Jacobo Millo Datario Nostrò, ejusque in Officio huiusmodi Successoribus in perpetuum, ceterisque ejusdem Datariae Nostrae Officialibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in futurum, ipsarum tenore praesentium injungimus, & mandamus, ut hanc praecipiti Nostrae formam & methodum a Nobis praescriptam praeculis habentes, eam pro virili parte singuli adamussim observent, & ab aliis exactissime observari faciant; penales quoque sanctiones Nostras adversus temerè contravenientes executioni cum effectu demandent.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae confirmationis, approbationis, innovationis, inhibitionis, irritationis, annulationis, voluntatis, praecipiti, decreti, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majoram Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo quadragesimo sexto, decimo septimo Kalendas Julii, Pontificatus Nostrae Anno Sexto.

D. Card. Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

L. Eugenius.

Loco ✕ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicat. die 25. Junii 1746.

Injungit Datario & aliis ad quos spectat, ut praesentium observantiam diligentè curent.

Sanctio.

Data Pontif. anno 6. die 15. Junii 1746.

Canonizatio Beati Fidelis a Sigmaringa Sacerdotis Professi Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum Praefecti Missionis Apostolicae in Rhætia, & Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Proto-Martyris.

XI.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

VINEA electa, quam plantavit dextera Domini, cujus unica vitis Christus, tot autem palmites, quotquot in Christo radicati Fideles interiori gaudent ipsius vivifica nutritionis illapsum, providam circa se Coelestis Agricola curam, & sollicitudinem in eo potissimum experitur, quod omnes palmites non ferentes fructum, iusto iudicii rigore succidi, & tolli; fructiferos verò, atque teraces, ut fructum plus afferant, salubri ac pia severitate purgari, nunc quidem occultè presentit, nunc autem apertius, atque evidentiùs agnoscit. Hanc sane aequabilem Divinae simul iustitiae bonitatisque rationem manifestè agnoscimus in praeclearo Beati Martyris Fidelis certamine; in quo & detestantes miramur eorum duritiam cordis, obsecratamque savitiam, qui a felici, qua portabantur, radice, sua culpa semel excissi, oblatam sibi a Domino pacem, & gratiam pervaciter repulerant, Angelum verò pacis, evangeli-

Exordium.

zantem

lizantem sibi bona, apprehensum, & caesum occiderunt; & illius triumpho plaudentes gratulamur, qui in Dei, & Ecclesiae charitate fundatus, post multos bonorum operum fructus, animam demum, ac vitam suam, oblationem acceptam Domino meruit exhibere. Sicut enim illi vesano erroris spiritu in furorem acti, & sanguinem iusti per summum scelus effundentes, fati declarant, nequaquam se ad Regnum dilectionis Filii Dei pertinere; ita dum gloriosus Martyr pro Catholicorum Dogmatum integritate, & errantium proximorum salute, perpetuos labores, ærumnas, pericula, mortem denique ipsam fortiter subiit, profecto vitam suam, non tam inimicorum ferro præcisam amisisse, quam veluti maturum Cælestibus horreis fructum in manus Dei deposuisse dicendus est.

Hunc itaque Beatum Virum, Catholicæ Fidei præconem, adfertorem, Martyrem, solemnio iudicio Nostro, cum Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiae Cardinalium, nec non Patriarcharum, plurimorumque Archiepiscoporum, & Episcoporum Romæ congregatorum consilio & assensu, agnitum atque probatum, Apostolica Auctoritate humilitati Nostræ divinitus concessa, universæ Ecclesiae Dei colendum, & venerandum proponimus: Qui Sigmaringæ Constantiensis Diocesis in Svevia Oppido, honeste Rojorum stirpe, Catholicis piisque parentibus ortus anno Domini MDLXXVII. & salutari lavacro tempestivè regeneratus, innocenter exactâ pueritia, & sequenti ætate in honestissimarum disciplinarum, & scientiarum studiis cum laude transactâ, nobilibus deinde adolescentibus Italiam, Galliamque peragrans comes, & gubernator datus, sex ferme annorum spatio, tum eorum, tum propriæ eruditioni, & virtuti promovendæ, sedulam navavit operam. Mox utriusque juris lauream Friburgi adeptus, Advocati munus Ensisheimii in Alsatia professus est. Verùm quum ipsius animus desideris secularibus neutiquam inhaerens, ad Christianæ perfectionis studium interiori Dei voce traheretur, turbulenta Fori controversias, atque suspecta negocia citò dimisit, seque Divinis obsequiis plenissimè dedicaturus, sacris simul Ordinibus initiari, & in religiosam familiam Fratrum Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum admitti postulavit. Utriusque voti compos effectus, post primum Missæ Sacrificium die Festo ejusdem S. Francisci religiosissime peractum, arctioris Instituti habitum, atque rationem, novumque FIDELIS nomen (quum antea Marcus vocaretur) velut in auspiciis præclaræ Fidei, quam Deo & Ecclesiae usque ad mortem præstiturus erat, assumpsit.

Evangelicæ paupertatis, continentiae, obedientiaeque vota, ad quæ toto constituti Tyrocini decursu, omnium virtutum exercitatione se comparaverat, eo spiritu emisit, ut semper hoc ipsum inter maxima erga se Divinæ largitatis beneficia commemoraverit, quod ad ea proficenda vocatus fuerit, & admisit. Quare de ipsorum implemento omni ex parte sollicitus, & quum privatam in Cœnobio vitam ageret, Regularis vitæ disciplinam summo studio, atque humilitate servavit; & quum deinceps, ex obedientia, Conventus Veldkirchensis regimini diu præfuit, consummatum se perfectionis Magistrum aliis etiam exhibuit; pro Dei gloria, & animarum salute zelo flagrans, in exhortandis ad pietatem, & concordiam Fratribus alacer, in corripiendis cum mansuetudine potens, in obeundis pro subditorum cura, & levamine abjectis quibuscumque ministeriis, laboriosus, & humilis. De sua verò perfectione, & salute super omnia sollicitus, assiduus fuit in rerum Divinarum meditatione: Ideoque ceteris, post nocturna precum, & laudationum officia è

Choro discedentibus, ipse in Ecclesia flexis genibus coram Sanctissimo Sacramento ad auroram usque in oratione Dei perseverare consuevit: Insuper, præscripta Horarum Canonicarum psalmodia minime contentus, duo alia Officia, nimirum de Beatissima Virgine Maria, & de S. Francisco Patriarcha suo, quotidie recitabat. Quod autem sæpe a Domino flagitabat, ut sibi daretur vitam ab omni peccati labe immunem traducere, id, ut securius obtinere mereretur, corpus suum ciliciis, aliisque voluntariis castigationibus afflictum perpetuâ fere inediam extenuabat, non ea tantum jejunia exactissimè observans, quæ ex legibus sui Ordinis maximam anni partem comprehendere dignoscuntur, sed iis etiam id vitro adjiciens, ut solemnibus Adventus, & Quadragesimæ jejuniis, & Sanctorum quorundam pervigiliis a quocumque obsonio abstineret, tum reliquis omnibus per annum Secundis, Quartis, & Sextis Feriis, solis legitimis vigiliis: In Deciparæ verò, & Sanctorum Ordinis Sancti Francisci pervigiliis, pane tantummodo & aqua vesceretur; nec nisi sub vesperam plerumque cibo sese reficeret. Somno tandem ita parco utebatur, ut tribus, aut quatuor ad summum horis dormiendo transactis, reliquam noctis partem orationi, lectioni, scribendisque concionibus tribueret.

Quæ quidem, atque alia plura interiorum virtutum exercitia quum FIDELI Dei Servo assidua, & perpetua fuisset, probatum fuerit; mirari fati non potuimus, quomodo idem, dilatatis charitatis suæ spatiis, adeò se totum proximorum saluti promovendæ tradiderit, ut quasi nil aliud egisse, nil aliud cogitasse toto vitæ suæ tempore videretur. Quum enim a primis usque Religiosæ professionis annis, exacto Theologiae curriculo, Sacramentalibus Fidelium Confessionibus excipiendis, & Prædicationi verbi Dei operam dare iussus fuerit, difficile dictu est, quæ diligentia & labore, quæ libertate ac zelo, quæ contentione, quo fructu, eximias hæcæ Sacerdotalis officii partes omni tempore impleverit. Omnia vitiorum genera, pravas omnes consuetudines immaculatis Christianæ sanctimonie legibus adversantes, quæ fidelibus exhortationibus, quæ liberiori voce, & mirabili quadam eloquentiâ vi insectatus, novos populo mores induxisse visus est. Præcipuam verò curam studiumque adhibuit in investigandis Hæreticorum impietatibus, ac fallaciis, si quem forte aditum in Catholicorum animos, vel per seductorum fraudes & artificia, vel per Diaboli suggestionem, & ultroneam præsumptionis temeritatem, iis patefieri posse dubitaret; eisdemque profigandis, nec suâ tantum operâ, sed Magistratum quoque, ac Principum auctoritate, undequaque eliminandis fugandisque feliciter adlaboravit.

Denique charitatis suæ plenitudinem ad externum quoque Proximorum levamen, & auxilium extendens, omnes calamitosos paterno sinu complexus, pauperum numerosos greges collectis undique elemosynis sustentabat: Pupillarum, ac Viduarum solitudinem, comparata eisdem Potentiorum, ac Principum ope, sublevarat; Carceribus inclusos, omnibus, quibus poterat, spiritualibus, & corporalibus solatiis juvare, ægrotos quoslibet sedulo invisere, recreare, ac Deo conciliatos ad extremam subeundam luctam armare non desistebat. Quo quidem in genere nullam habuit uberiorem meritum segetem, quam quum Austriacus exercitus in iis Regionibus stationes habens, epidemico morbo univerfim ferè correptus, miserandum de se pabulum languoribus, & morti præbebat. Tunc enim videre licuit, quæ charitatis flamma succensus FIDELIS esset, dum

horrendas

B. Fidelis ortus, & vita ante ingressum in Religionem.

Capuccinorum Religionem ingrediatur.

Ipsius virtutes.

Charitas erga Proximum singularis.

horrendas morborum, & funerum species minime reliquens, ægrotos Milites singulatim invifere, folari, eorum ulcera contrectare, tabem & pudorem abstergere, cibos ac medicamenta ipsis fuppeditare, denique Ecclefiæ Sacramenta indefeffo ftudio ministrare, in deliciis habuit.

Quum itaque Sanctiffimis Salvatoris Noftri exemplis, atque præceptis, tam accuratè infiftens, duplici dilectionis ftiritu fe plenum offenderet, id optimo jure aftequutus eft FIDELIS, ut ad Apoftolici muneris confortium, Divino confilio, Superiorum judicio, Romanæ Sedis auctoritate, adlegeretur; quò tandem eximia fua charitatis, cujus illuftria diu dederat fpecimina, heroicum illum actum expleret, quo fanè majorem nemo præftat, ut animam fuam poneret pro Dei gloria, & proximorum falute. Quum etenim fel. recordat. Prædeceffores Noftri Romani Pontifices Paulus V. & Gregorius XV. decreviffent, graffanti per conterminam Italiæ Rhetiam Hæreticorum dogmatum contagioni, per Orthodoxæ doctrinæ prædicationem, falutaria admovere remedia, & validum fimul aggerem, nè latius error propagaretur, objicere; vifum eft ex Cappuccinorum potiffimum Familia delectos Viros, ipfo præfide, ac duce FIDELI, in hujufmodi opus defignare, qui animas diabolica fraude deceptas ad Ecclefiæ gremium revocare, eas verò, quæ Dei beneficio a peffifera labe adhuc fervabantur intractæ, in sanctæ Religionis Fide confervare niterentur.

Hic verò excelsa FIDELIS virtus, quæ antea velut anguftis coaclufa limitibus fe continuerat, tamquam latiffimo fibi aperto ad currendum ftadio, totam fe exferuit, & pleniffimè manifefavit. Nec enim aftequi dicendo poffumus, quo animi fervore, ac zelo, quam invicta patientia, atque constantia, quam affiduis durifque laboribus, impofitum fibi munus fuerit executus; nunc ftantes in fide confirmans, nunc nutantibus opportunè fuccurrens, hic lapfos ad penitentiam recocans, illic obfirmatos in impietate cum omni fiducia increpans, & impugnans, non modò in Catholicorum Ecclefiis, fed in ipsis quoque Hæreticorum Aedibus, per vicos præterea, atque plateas, per domos, & ruficana tuguria, per afpera & invia montium, in fudore & angore, in fame & frigore & nuditate, in periculis & vitæ difcrimine; itaut admirabilis zeli, fanctitatis, atque doctrinæ testimonium ab ipsis etiam ftupentibus Hæreticis extorqueret.

Excitabat eum ad præclaros exantlandos labores, non modo fufcepti officii fublimitas, & uberimus animarum fructus, quem in multis quotidie Hæreticis ex omni ordine, atque ætate ad Ecclefiæ finem redeuntibus apertè carnebat; verum etiam occulta quædam, & blanda spes illius obtinendi finis, quem multò ante fibi propofitum, & votis ardentibus expetitum, vix tamen fe aliquando afsecuturum fore putaverat, ut fcilicet dignus efficeretur pro nomine Chrifti fanguinem, & vitam profundere.

Et quidem non diu tulit humani generis hoftis, hunc fibi Virum tot prædas è faucibus eripere, dumque fiduciam conceperat, novas in dies Nationes, nova Regna in fuam poteflatem fe redacturum, jam fere fibi ab acquifitis imperio fuo teris migrandum effe. Videns ergo FIDELIAM plura quotidie ad destructionem erroris, & Catholicæ veritatis propagationem utiliter conftituere, ejuſque confilia incredibili populi voluntate, auctoritate quoque Principis in tota Regione conftabilliri, nonnullos ex pervicaciffimis impietatis feftatoribus diabolico furore complevit; mifitque in cor eorum, ut Virum Dei, profanorum dogmatum, rituumque destructorem, Apoftolicæ Miffionis ducem, de medio tollerent. Qui quum noviffent eum in quadam Oppido, Luceyn nomine, commorari, miferunt ad ipfum aliquos ex vicino

Seviensî Pago, qui pietatem verbo fimulantes, rogarent eum, ut proximo die Dominico, ad eorum Ecclefiam concionaturus fe fe conferret; offendentibus haud inutilem apud ipfos fore falutaris doctrinæ prædicationem. Quamvis autem multa effent, quæ infidiarum fufpicionem FIDELI merito facerent; ne tamen Apoftolico muneri aliqua ex parte deeffe videretur, quum præfertim Martyrii certamen fibi nequaquam declinandum putaret, conftituta die, quæ fuit VII. Kalendas Majas anno falutis MDCXXII., eorum falutis cupidior, quam vitæ fuæ, ad præfatum Seviensem Pagum tempeftivè perrexit: Cumque in primis Omnipotenti Deo immaculatam Hoftiam obtuliffet, feque Euchariftici Panis alimento roboraffet, Divini ardoris incendia fpirans, fuæque voluntate jam Martyr, fuffegitum conscendit: In quo quum inflantis mortis præfagium inveniffet in hæc verba coafcriptum: *Modie prædicabis, & non amplius*; non ideo tamen formidine fractus, nec de concepto zeli fervore quidquam remittens, cepit frequentiffimo populo libera voce, ut solebat, veritatem annuciare, hortarique errantes, ut redirent ad Ecclefiam intemeratæ Fidei alumnam, nutricem beatæ fpei. Cum fubito armatis hominibus Templum completur, qui impetu factò, infansque clamoribus elatis, concionem perturbant, cumque omnes in unum FIDELIAM arma, fufes, tela dirigerent, quidam ex ipsis ignito globulo explofo, irrito quamvis icu, eundem trajicere conatur, Tum demum FIDELIS extremam fibi vitæ horam adventaffe conſpiciens, è cathedra descendit, & ante Majorem Aram in genua provolutus, quum fe, vitam, & fanguinem fuum in holocaustum Deo lubens obtuliffet, fuumque agonem, Ecclefiæ pacem, ipsos demum perſecutores fuos, crudelia corda, cruentos animos, Domino commendaffet, feuto Fidei, & lorica fpei armatus, per oftium è latere Ecclefiæ patens, ad non dubiam mortem impavidus properavit. Qua in re non minor apparuit illius magnanimitas & fortitudo, quam fi atrociffimos cruciatuſ, atque diuturnos dolores corpori fuo inuſtos fortiter patienterque toleraffet. Quis enim putet minorem vim adhibitam effe homini, cujus animo præſentis mortis afpectus, perſpicuum cædis periculum, non fine tumultu horrendifque minis, objectum eft; quam fi ipsis corpus afflictum fuiſſe tormentis, atque vulneribus, quæ fortes fæpe viri naturali quadam virtute conſtanter tuliſſe memorantur? Verumtamen hæc fortitudinem Militi fuo donavit is, qui pro illo prior in Cruce fanguinem fudit.

Vix itaque FIDELIS è Templi foribus modico ſpatio proceſſerat, quum impiorum manus cum gladiis, hafiſ, ferratiſque fuſtibus cum circumſiſtunt, ac furentium belluarum more in ipſum irruentes, vulneribus ſupra viginti confodiunt, atque immaniffimè contundunt. Ille autem ſereno vultu horrendos icuſ excepit, ſublatisque, quantum poterat, in Cælum oculis, lætus & hilaris, quod ſibi datum eſſet pro Eccleſiæ Fide glorioſam mortem occumbere, in manus Dei, cui omnia vivunt, ſpiritum exhalavit.

Invicta FIDELIS in perferenda morte conſtantia, Chriſtianaque animi magnitudo, cujus non ſuſpecti teſtes facti ſunt ipſi Sicarii, Hæreticos quoque in admirationem traxit, & alicujus ex ipsis mentem ita illuſtravit, ut paulò poſt ex magiſtro erroris, diſcipulus fieret veritatis, Catholici verò, quibus & illius vitæ fanctitas, & prædicationis veritas, & prætioſa mortis cauſa perſpectæ erant, minime dubitarunt FIDELIAM ipſum Martyris loco habere, ejuſque opem apud Deum in anguſtiis, & neceſſitatibus implorare. Itaque ſeptimo poſt menſe conciſas FIDELIS exuvias ex eo loco, ubi primum humatæ fuerant, ad Eccleſiam Curienſem, triumphali veluti pompa, Auſtriacis comitantibus copiis, atque univerſo Clero, & Populo obviam prodeuntibus, detulerunt. Neque

Miffionibus
in Rhetia
præſicitur.

Perſecutio
in eum exci-
tatur.

Ipfius Mar-
tyrii narra-
tio.

De fama
Sanctitatis, &
Miraculorum
S. Fidelis.

verò distulit Altissimus, editis signis, atque prodigiis, ostendere quam accepta sibi essent præstita Martyri suo obsequia, & vora fidelium ipsius interventioni commendata. Etenim ille idem Archiducis Austriae Exercitus haud ita multo post contra rebellantes illius Regionis Hereticos arma ferens, non occulto dumtaxat FIDELIS præsidio, sed & ipsius visibili ductu, quem & complures Milites, & ipsemet Hereticorum Dux, clarissima in luce, strictoque gladio sibi minitantem conspexerunt, insignem de perduclibus victoriam reportavit. Cumque innumeri quotidie Fideles, qui se Martyris precibus commendabant, in rebus etiam naturæ vires prætergredientibus, votorum compotes fieri se testificarentur; eaque fama per universam Ecclesiam in dies magis augetur; visum est Apostolicæ Sedi, instante potissimum Venerabili Cœtu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Propaganda Fidei præpositorum, (qui, post eam Congregationem constitutam, primum hunc ex Missionariis a se ablegatis pro Christo mortem appetuisse gloriabantur), legitimas Inquisitiones, atque Processus auctoritate Apostolica confici; ut, si de FIDELIS martyrio pro Catholica Fidei causa perpeso, & juxta tutissimam Ecclesiæ Romanæ disciplinam, de miraculis præterea ipsius intercessione a Deo patris, ritè constitisset; debitus ipsi cultus in terris, cum Sanctis Martyribus, quorum consortium in Cœlis obtinuerat, ab Ecclesia exhiberi posset.

Aetorum fecties.

Cœpta sunt igitur usque a temporibus felic. record. Prædecessoris Nostri Urbani Papæ VIII., eoque annuente & jubente, hujusmodi Inquisitionum acta, quæ per integrum ferè sæculum continuata, tandem, instantibus clar. memor. Carolo VI. Hispaniarum Catholico, & Romanorum Rege in Imperatorem electo, & Charissima in Christo Filia Nostra Elisabetha Christina earundem Hispaniarum Catholica, ac Romanorum Regina Illustri, nunc ipsius Caroli Vidua, aliisque supremis Principibus, nec non prædicta Congregatione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium de Propaganda Fide, magnoque numero Antistitum, & Procerum Germaniæ, totoque præfato Ordine Fratrum Minorum S. Francisci Cappuccinorum, sub pia memoria Benedicto Papæ XIII. similiter Prædecessore Nostro ad examen deducta, & primò quidem pro validis agnita, mox ad eruendas Martyrii, & Miraculorum prædictorum probationes, totius Congregationis Sacrorum Rituum judicio subiecta fuerunt. Cumque Nos ipsi tunc in minori statu Promotoris Fidei munus gerentes, pro officii Nostri debito, quæcumque super duplici hujusmodi iudicii capite animadverti, aut objici poterant, diligentissimè adnotare, & tam voce, quam scripto deducere non omiserimus; triplici ipsius cause examine, ut moris est, in prædicta Congregatione Sacrorum Rituum præmissa, idem Benedictus Prædecessor, audito ejusdem Congregationis consilio, causaque cognita, die xxiv. Februarii anni MDCCXXXIX. pronuntiavit, constare de Martyrio in odium Fidei Catholicæ a FIDELI perpeso, ac de veritate quatuor potissimum Miraculorum ad invocationem ipsius Beati Viri a Deo editorum; quorum primum fuit, quod exorto in Arce Majensfeldensi maximo incendio, eoque inter apertissima ignis alimenta, ligna nimirum, & pyrii pulveris cumulos, increbescente, invocata apud Deum FIDELIS ope, statim restinctum fuit: Secundum, quod Moutalis quædam, nomine Cæcilia Muafingerin, horribili inflammatione mamilla, cum suspitione cancri, plures jam dies excruciatam, admotis gloriosi Martyris Reliquiis, perfectam sanitatem illicò recuperavit: Tertium, quod oculus Infantis Pauli Francisci Papullin a primis ipsius vita diebus humore diffuens, apertoque foramine, & pellicula superinducta, excipiendæ luci jamjam ineptus, quam a medica facultate auxilium frustra quæreretur, concepto a Matre voto

Decretum de Martyrio, & causa martyrii.

Miracula pro Beatificatione approbata.

in honorem ipsius FIDELIS, naturali integritati restitutus fuit: Quartum denique, quod Gaspar Stigher ob quinque annales dorsidolores ad omnem fere corporis motum impotens factus, quum se FIDELIS patrocinio commendasset, ad tatum mucronis, quo Dei Servus confosus fuerat, momento temporis convalescens, non itineri modò, sed & rusticis quibusque laboribus ipsa die se dedit, integris viribus exinde utens. Quare, audito iterum præfate Congregationis consilio super tuto progressu ad formalem ipsius Servi Dei Beatificationem, idem Benedictus Prædecessor, per suas Literas in forma Brevis datas die XXI. Martii ejusdem anni, ipsum FIDELIUM in Beatorum Martyrum numero recenseri, ejusque memoriam, imagines, atque reliquias religiose coli, Divina quoque Officia, & Missas in ipsius honorem a Fratribus Minoribus prædicti Ordinis Cappuccinorum, universoque Clero nonnullarum Civitatum & Oppidorum, celebrari permisit.

Solemnis Beatificatio.

Cum autem Beati gloria, novorum prodigiorum famâ, & impensiori Fidelium cultu in dies amplificaretur, & præfati Supremi Principes, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, alique per Orbem Antistites, & Proceres, idemque Cappuccinorum Ordo pias super eo instantias iterarent, placuit sel. record. Decessori Nostro Clementi Papæ XII., non solum Lectiones proprias de ipsius Beati FIDELIS vita, & Martyrio a prædicta Sacrorum Rituum Congregatione recognitas, in ejusdem Officio recitari, ejusque nomen in Martyrologio Romano describi; sed etiam, reasumptâ causâ, novos auctoritate Apostolica Processus instrui concessit super Miraculis, quæ post indultam ipsi venerationem accidisse dicebantur: Cumque hujusmodi Processus ante omnia ritè, & validè confectos esse conspiceret; ex quatuor Miraculis inibi recensitis, & in prædicta Congregatione Sacrorum Rituum semel, bis, tertio, audito semper oretentis, & in scriptis Dilecto Filio Promotore

Causa reasumitur pro Canonizatione.

MDCCLXIV. in festivitate Cathedræ Beati Petri Apostoli edito, approbavimus, & publicavimus. Innum. eorum accidit Dilecto Filio Fr. Candido a Mediolano Sacerdoti professo præfati Ordinis Minorum Cappuccinorum, qui epileptico morbo per decennium laborans, postremo infirmitatis suæ anno nullam ferè diem, nullam noctem, ab iteratis, gravibusque ejusdem morbi accessibus liberam habuerat; & stomachi temperie labefactâ, cibum retinere non valens, corporis viribus adeo destitutus remanserat, ut in lectulo projectus ne cibum quidem manibus suis ori admovere posset. Hic post inutile plurimum medicamentorum usum, Beati FIDELIS opem implorans, ejusque Imaginem a Confessario sibi benedicente oblatam devoto mentis affectu veneratus, perfectam sanitatem, corporisque vires, ac robur, nulla interjecta convalescentiæ mora, recuperavit; itaut ipsa die, communis Institutum observantiam resumere, & plurimum milliarium iter peragere non dubitaret, deindeque laboriosis quibusque officiis obeundis idoneus, & a quocumque prædicti morbi incurfu exemptus extierit. Alterum evenit in puero Josepho Kirner, qui antequam per ætatem pedibus suis incedere posset, dira rachitide in inferioribus corporis partibus correptus, eaque jam per triennium perseverante, nullo modo poterat cruribus pedibusque se sustentare: Cum autem ipsius Mater ad Beati FIDELIS Aram supplex eum detulisset, ab Omnipotenti Deo obtinuit, ut statim consolidatis ipsius basibus, reliquisque fulcris, quibus corpus regere consueverat, per se ambulans & exiliens, domum redierit, ac deinceps

Novâ Miracula pro Canonizatione approbata.

Decretum
de tuto pro-
cessu ad Ca-
nonizatio-
nem.

libero pedum, & crurum usu gavissus fuerit. His itaque novis miraculis, ut prædiximus, cognitis & approbatis, quum jam Beati Martyris glorificatio ipsius Dei voce manifestè declarari videretur, accepto prius consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, aliorumque in prædicta Sacrorum Rituum Congregatione suffragium habentium, Spiritus Sancti lumine Nostris aliorumque precibus implo- rato, tandem die xxiv. mensis Aprilis ejusdem anni MDCCXLIV. ipsius gloriosi Martyrii anniversaria, post sanctum Sacrificium Deo oblatum in Ecclesia Fratrum Cappuccinorum, ad Altare, in quo exposita erant ejusdem Beati FIDELIS Reliquiæ, publicum Decretum edidimus, quo causam hanc in præfata Congregatione absolutam denunciantes, ad solemnem ipsius Beati Canonizationem servatis servandis quandocumque procedi posse declaravimus.

Pro cujus Decreti executione, quum præter superius enunciatos, Charissima quoque in Christo Filia Nostra Maria Theresia Hungariæ, & Bohemæ Regina Illustris, in Romanorum Imperatricem electa, aliique Catholici Principes, & Populi, Ecclesiarumque Pastores demissas Nobis preces obtulissent, Nos, ut in tanto negotio nihil contra Sanctionum, & Constitutionum Apostolicarum statuta, & tutissimum Prædecessorum Nostrorum morem ageremus, primum quidem congregatis coram Nobis die xviii. elapsi mensis Aprilis in Consistorio secreto universis Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, de præclaris Beati Viri meritis verba fecimus, & adhibitas in hujus causæ discussione, ad normam Decretorum Apostolicæ Sedis, exactissimas diligenti- as, prolataque tum a Nobis, tum a Prædecesso- ribus Nostris, ut præfertur, matura judicia, Nos ipsi distinctè exposuimus: Cumque eorum unani- mis sententia fuerit, ut supremam gravissimo judi- cio manum, servata tamen consueta in hujusmodi causis tractandis Ecclesiæ Romanæ praxi, tandem imponeremus: Idè accitis ad Urbem complu- ribus Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis per Ecclesias constitutis, uberem primò Relationem de ipsius Beati vita, virtutibus, mar- tyrio, ac miraculis, in publico Consistorio, coram Nobis univèrsoque Ecclesiasticorum Ordinum confessa, per Dilectum Filium Virgilium Montecatium Nostræ Consistorialis Aulæ Advocatum oretenus exponi; mox aliam ex authenticis monu- mentis prædictæ Congregationis Sacrorum Rituum collectam, scriptoque traditam, omnibus & singulis, quorum suffragia exquirebantur, exhiberi mandavimus. Deinde die viii. currentis Junii, coactis iterum coram Nobis in Consistorio semipublico prædictis S. R. E. Cardinalibus, tum etiam Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis in Romana Curia presentibus, adstantibus quoque Apostolicæ Sedis Notariis, & Causarum Palatii Apostolici Auditoribus, prædictorum consulenti- um suffragia, & quidem omnia in unum sensum pro Beati Canonizatione convenientia, lætantes audivimus, quorum etiam exempla a singulis sub- scripta in Tabulariis Romanæ Ecclesiæ iussimus as- servari. Nos autem infirmitatis Nostræ conscii, ut spiritum consilii de Cælo Nostris, atque fidelis populi precibus obtinere mereremur, generali- bus indictis jejuniis, publicas in designatis per Urbem Ecclesiis obsecrationes plurium dierum spatii, concessa etiam in eum finem orantibus Indulgentia, fieri præcepimus. Tum adveniente hac die Apostolorum Petri & Pauli natalitio dica- ta, solemni supplicationis ritu ad Ecclesiam Beati Petri in Vaticano procedentes, unà cum omnibus prædictis Venerabilibus Fratribus No- stris, cæterisque Romanæ Curie, & Nostræ Aulæ Prælati, Officialibus, & Familiaribus, uni- versoque Clero Sæculari, & Regulari, & devo-

tissimo Populo, Divinam opem advocantibus; auditis iterum enixis Christianorum Principum, Ecclesiarum, & Populorum postulationibus, quas Nobis representavit Dilectus Filius Noster Joachimus Tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis Portocarrero nuncupatus; post sacros Hymnos, Litanias, aliasque preces de more decantatas; ad laudem, & gloriam Sanctæ, & In- dividuæ Trinitatis, ad Fidei Catholicæ exaltationem, & Christianæ Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Jesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac Nostra, & de præmissorum omnium Venerabilium Fratrum Nostrorum consilio, & assensu, prædictum FIDELIEM a Sigmaringa Sacerdotem Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Cappuccinorum, de cujus vita sanctè traducta, & morte pro Catholica Fidei propagatione perpeffa, deque miraculis ipsius intercessione patris plenissimè constabat, & constat, Sanctum Christi Martyrem esse pronuncia- vimus, & Sanctorum Martyrum Catalogo ad- scriptum, ab universa Catholica Ecclesia hono- rari, & coli, decrevimus, definivimus, & respec- tivè mandavimus: In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: Omnibus quoque Christianifide- libus, qui singulis annis die xxiv. Aprilis, vere poenitentes, & confessi, Ecclesiam Cathedralem Curientem, in qua sacrum Martyris Corpus as- servatur, devotè visitaverint, septem annos, & totidem Quadragenas de injunctis eis, seu aliis debitis poenitentiis, eadem auctoritate miseri- corditer in Domino relaxantes.

Mox Omnipotenti Deo cum Angelis, & Sanctis ejus humillimam gratiarum actionem, demissaque preces per ipsius Sancti merita offe- rentes, ad sacram Beati Petri Apostoli Confes- sionem sacrosanctum Missæ Sacrificium cum commemoratione ejusdem Sancti FIDELIS Martyris, nec non Sanctorum Camilli, Petri, & Joseph Confessorum, Sanctæque Catharinæ Virginis a Nobis pariter Sanctorum albo ritè adscripto- rum, solemniter celebravimus, ac denique hu- miliatis in conspectu Domini Fidelibus cunctis ibi presentibus, plenariam omnium peccato- rum Indulgentiam largiri fuimus.

Gratulemur igitur invicto Orthodoxæ Reli- gionis Præconi, cui donatum est pro Christo, non solum, ut crederet in eum, sed etiam, ut pateretur pro eo, atque ita per momentaneum tribulationis certamen, ad æternum Beatitudi- nis triumphum perveniret in Cælis, ubi cum pro Catholica Fidei dilatatione, & pro tem- porum Nostrorum tranquillitate, apud Aucto- rem pacis Nostræ, & consummatorem Fidei suæ, deprecatores fore confidimus.

Ut autem præmissa omnia perpetuæ futurorum temporum memoriæ commendentur, Nos ea presentium Litterarum Apostolicarum tenore in omnium per universum Orbem notitiam deduci volumus; mandantes, ut earundem præsen- tium transumptis, sive exemplis, etiam impres- sis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate con- situtæ munitis, eadem ab omnibus fides ha- beatur, quæ ipsi presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensa.

Nulli ergò omnino hominum liceat præsentem hanc nostræ definitionis, decreti, adscriptio- nis, mandati, statuti, relaxationis, & volun- tatis infringere, vel ei ausu temerario contrai- re. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Bea- torum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se no- verit incursum.

Consistorium
Secretum.

Consistorium
Publicum.

Cardina-
lium, & E-
piscoporum
suffragia in
Consistorio
semipublico.

Solemnia
Canonizatio.

Indulgentiæ.

Præsentium
transumptis
auctoritas
tribuitur.

Sanctio.

1746.
Dat. Pontifi-
catus Anno
vi. die 29.
Junii 1746.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno
Incarnationis Dominicæ MDCCXLVI., III. Ka-
lendas Julii, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

† Ego Benedictus Catholicæ Ec-
clesiæ Episcopus.



- † Ego T. Episcopus Ostien. & Veliternen. Card.
Rufus Decanus, & S. R. E. Vice-Cancella-
rius.
- † Ego A. Episcopus Portuensis Cardinalis S. Cle-
mentis S. R. E. Camerarius.
- † Ego V. Episcopus Prænestinus Card. Petra, Card.
Pœnitentiarius.
- † Ego P. A. Episcopus Albanen. Card. Carafa.
- † Ego V. Episcopus Sabinen. Card. Bichius.
- † Ego Nicolaus Maria Tit. S. Petri ad Vincula
Presbyter Card. Lercari.
- † Ego F. Tit. S. Maria Transhyberym Presbyter
Card. Burghesius.
- † Ego A. Tit. S. Stephani in Monte Caelio Pres-
byter Card. Gentili.
- † Ego Fr. J. A. Tit. SS. Sylvestri & Martini Pres-
byter Card. Guadagni.
- † Ego T. Tit. S. Cæciliæ Presbyter Card. de A-
quaviva.
- † Ego D. Tit. Basilica SS. Duodecim Apostolorum
Presbyter Card. Revera.
- † Ego J. B. Tit. S. Maria Angelorum Presbyter
Card. Spinola.
- † Ego R. Tit. S. Sabina Presbyter Card. de Ilcio.
- † Ego D. Tit. S. Bernardi ad Thermas Presbyter
Card. Passioneus.
- † Ego S. Tit. S. Priscæ Presbyter Card. Valenti.
- † Ego J. F. Tituli SS. Quatuor Coronatorum Pres-
byter Card. Portocarrero.
- † Ego C. Tit. SS. Joannis & Pauli Presbyter Card.
Paulutus.
- † Ego C. A. Tit. S. Maria de Pace Presbyter Card.
Cavalchinus.

- † Ego F. Tit. S. Maria de Populo Presbyter Card.
de Ricciis.
- † Ego A. Tit. S. Sylvestri in Capite Presbyter Card.
Rufus.
- † Ego C. Tit. S. Maria de Ara-Cali Presbyter Card.
Calcagnini.
- † Ego P. M. Tit. S. Agnetis extra muros Presbyter
Card. de Montibus.
- † Ego F. Tituli S. Matthæi in Merulana Presbyter
Card. Tamburrini.
- † Ego J. Tit. S. Crucis in Hierusalem Presbyter
Card. Besozzi.

- † Ego Carolus S. Maria in Via lata Diaconus Card.
de Marinis.
- † Ego Alexander S. Maria ad Martyres Diaconus
Card. Albanus.
- † Ego Nerius S. Eustachii Diaconus Card. Corsinus.
- † Ego Agabius S. Agathe Diaconus Cardinalis Mosca.
- † Ego C. S. Maria in Porticu Diaconus Card. Sa-
cripanes.
- † Ego M. SS. Cosma & Damiani Diaconus Card.
Bolognetus.
- † Ego H. S. Angeli in Foro Piscium Diaconus Card.
Columna.
- † Ego P. S. Georgii in Velabro Diaconus Card.
Columna.
- † Ego A. S. Maria in Aquiro Diaconus Card. Ta-
nari.
- † Ego H. S. Adriani Diaconus Cardinalis Bardi.
- † Ego D. SS. Viti & Modesti Diaconus Card. Ursinus.

D. Card. Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.



XII.

Canonizatio Beati Camilli de Lellis Fundatoris
Clericorum Regularium Ministran-
tium Infirmis.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

*Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei
memoriam.*

Exordium.

MISERICORDIÆ studium, Cœlestis Patris exemplo, inculcatoque sæpius Salvatoris Nostri præcepto commendatum, Discipulos Christi, Ecclesiæque Filios ab omnibus humanarum Societatum sectatoribus ita discernit, ut qui dilectionem habuerint ad invicem, ii demum supereminenter omni scientiæ disciplinam percepisse, ii verè ad Regnum Filii Dei pertinere dignoscantur. Hæc charitatis lex non lapideis Israëlitarum cordibus insculpta, non Levitico generi hæreditate transmissa, non Aaronis stirpi cum Sacerdotii prærogativa tributa fuit, sed in Fidelium cordibus per Spiritum Sanctum suaviter copiosèque diffusa, sicut alienigenam Samaritanum languenti Judæo proximum fecit, ita universas Orbis Terræ Nationes Fraternitatis vinculo inter se copulavit. Per hunc dilectionis spiritum verè renovata est Facies Terræ; dum genus humanum, peccatorum, & consequentium poenarum vulneribus sauciatur, non amplius hanc lacrymarum vallem pro exilii atque supplicii loco, sed pro charitatis exercitatione, ac beatæ peregrinationis diversorio habere cepit; humanæque infirmitates jam inter unius Corporis membra communes reddita, patientibus quidem factæ sunt in expiationem delictorum, & causam salutis æternæ; compatientibus verò meritorum augmentum, & obtinenda sibi, quam alii præstitissent, misericordiæ fiduciam attulerunt. Hoc spiritu de Cælo repletus superiori sæculo B. CAMILLUS DE LELLIS piam calamitosorum omnium, præcipuè verò ægrotantium curam in se suscepit, quosque nec patriæ, nec sanguinis conjunctione ullo modo attingebat, urgente charitate Christi, plusquam paternis fraternisque officiis complecti & sublevare, proprium sibi munus assumpsit. Quin etiam quum se videret, nec ad omnes ubique in tribulatione constitutos, nec, ultra præfinitum sibi vitæ cursum, ad futuras ætates operam studiumque suum extendere posse: propagato in alios ejusdem spiritus sui fervore, iisque perenni charitatis nexu, & Religiosi Voti proposito obligatis, spirituales, ac temporalem Infirmorum curam ipsis perpetuò commisit, & commendavit. Cujus quidem Beati Viri virtutes, quum ad illud perfectionis fastigium, quod humana ratio, & naturæ vires assequi nequeunt, Dei gratiâ pertigisse constiterit; ejusque Sanctitatem Omnipotens Deus, illustribus editis miraculis, in conspectu filiorum hominum magnificare dignatus fuerit; Nos eum meritò ex hac veritatis Cathedra, de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, nec non Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Romana Curia frequenti numero congregatorum assensu & consilio, Ecclesiæ universæ colendum, & venerandum, populis invocandum, Fidelibus cunctis imitandum proponimus, & præsentium Literarum tenore denunciamus.

Natus est in Buclanici Theatinæ Diœcesis oppido in Marrucinis Anno Domini MDL., non sine futuræ Sanctitatis prælagiis, quum Mater, quæ ipsum provecta jam ætate conceperat, visa sibi in somnis fuerit Puerum peperisse, Crucem in pectore gestantem, & Chororum ducentem aliorum complurium Cruce similiter signatorum. Quibus tamen auspiciis minime respon-

dit CAMILLI adolescentia, ab eo in vitiis, maximeque in effuso alearum lusu traducta, cum valetudinibus, fortunarum, & famæ dispendio; ut etiam probrosâ paupertate adactus, abjectissimis primùm ministeriis a natalium suorum conditione alienissimis, in Nosocomio Incurabili de Urbe, mox laboriosæ militiæ in Venetorum Castris, denique in Sipontino Fratrum Cappuccinorum Conventu famulatu se addicere compulsus fuerit; ubique inconstans, ubique sibi aliisque gravis: nunquam tamen a miserentis Dei longanimitate desertus, qui, & eum semper a profundiore abyssu, a blasphemiarum scilicet impietate, aleatoribus adeo familiari, arce dignatus fuerat: & tandem ostensus in eum divitiarum misericordiæ suæ, excitavit ipsum aliquando a fomno mortis, & in manu potentis & brachio extento a perditionis via ad salutis tramitem revocavit. Cum enim quadam die iter agens CAMILLUS, accepta quondam fastidientibus auribus piarum exhortationum verba solus secum recoleret, & quasi ruminans animo volutaret; interiori luce subito percussus, ac peccatorum suorum conscientia, divinorumque judiciorum timore perterrefactus, humi se prostravit; nec inde prius surrexit, quàm antea vitæ crimina vehementissimo doloris actu detestatus, de custodiendis in posterum justificationibus Domini immutabiliter constituerit. Ex eo tempore novus homo factus CAMILLUS, non modo ab omni vitiorum genere deinceps abstinuit, sed ad sublimiorem Christianæ perfectionis metam contendere cepit: S. Francisci habitum in Ordine Fratrum Cappuccinorum Siponti induit. Sed veteri ulcere, quod olim in tibia contraxerat, identidem recrudescens, bis a dolentibus Superioribus dolens dimissus, ab hac sibi carissimâ arctioris vitæ semitâ deflectere, coactus est.

Romam reversus, vetus Hospitium suum, S. Jacobi scilicet Domum, Incurabili nuncupatam repetiit, ac, Deo sic disponente, ejusdem honorum administrationi præfectus fuit. Quo in munere quum se CAMILLUS non tam hominibus, quàm Deo servire cogitaret, maxima sedulitate ac diligentia, Infirmorum necessitatibus sublevandis se totum dicavit. Sed quum ea in re non satis sibi obsecundare videret eos, qui temporali mercede conducti, in ipsius Nosocomii ministeriis adhibebantur, secum cogitare cepit quomodo ferventiores Operarios, præstantioribus propositis spiritualium meritorum præmiis, compararet. Communicavit consilium hac de re suum cum S. Philippo Nerio tunc in humanis agente, a cujus præceptis nutuque pendeat; quo approbante atque hortante, cum paucis primò ejusdem Nosocomii Ministris, mox cum ampliori piorum Fidelium numero, Sodalitatem quandam instituit Laicorum hominum, qui se Divinis obsequiis, & ægrotantium curæ, in ipsa primùm S. Jacobi Domo, pro Dei amore & futura vitæ mercede, manciparunt, & contempta priorum commodorum ratione, superatque Divino præsidio invidorum calumniis, in instituto constanter perseverantes, brevi tempore extra prædictam quoque domum charitatem suam dilatarunt; cumque proprium sibi domicilium in Urbe constituisent, inde ad omnium pauperum ægrotantium levamen tam in Nosocomiis, quàm in privatis Domibus accurrentes, incredibilem Urbi universè utilitatem attulerunt. Hæc autem utilitas tunc major evasit, quum multis Ecclesiasticis Viris CAMILLO se se adjungentibus, ipsoque CAMILLO, de prædicti S. Philippi directoris sui consilio, post exacta in Scholis Collegii Romani, singulari humilitatis exemplo, Literarum studia, ad Sacrum Presbyteratus Ordinem promoti; spiritualis non minus quàm temporalis vitæ subsidia

Ipsius ad
Deum con-
versio, & san-
ctioris vitæ
initium.

Societatem
instituit Mi-
nistrantium
Infirmis.

S. CAMILLI
ortus, & a-
dolescentia.

Quæ dein-
de plurimum
aucta, à Six-
to V. confir-
matur, & pri-
vilegiis dita-
tur.

ægrois quibusque prestare ceperunt. Ea re permotus sapientissimus Pontifex Sixtus Papa V. Prædecessor Noster, per suas Literas Apostolicas datas apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XVIII. Martii anni MDLXXXVI. hujusmodi Institutum, Omnipotentis Dei, atque ejus pauperum ægrotorum famulatu dicatum, ac voluntarie paupertatis, castitatis, & obedientiæ proposito, nulla tamen voti spon- sione, adstrictum, collaudans atque commen- dans, perpetuo approbavit & confirmavit sub denominatione *Congregationis Ministrantium In- firmis*, eidemque complura Indulta & Privilegia tam in spiritualibus, quam in temporalibus be- nignè concessit; inter quæ illud specialibus Li- teris die XXVI. Junii ejusdem anni datus indul- sit, ut illius Sodales, pro habitu proprii di- stinctione, Crucem fulvi coloris ad latus dex- trum vestium suarum assuram deferrent.

Sed quum hujusmodi Congregatio paucorum annorum decursu, CAMILLO præside & promo- tore, non solum fructuosior evaderet, sed & spectabilem Virorum numero aucta, ad am- pliorem Domum S. Mariæ Magdalena de Urbe in Regione Columnæ translata fuisset, omnium- que eidem adscriptorum jam sensus esset, ut sub prudentissimis Legibus & Regulis ab eodem CAMILLO præscriptis, ac solemnè paupertatis, castitatis, & obedientiæ professione, in perenni ministerio ægrotantium, ne excepto quidem pes- tiferæ contagionis casu, Religiosam vitam de- gere optarent; exhibitis felicis recordationis Prædecessori pariter Nostro Gregorio Papæ XIV. hujusmodi Regulis, iisque examinatis, & ap- probatis, placuit eidem Gregorio præfatam Congregationem in Ordinem Regularem eri- gere, sub nomine, & nuncupatione *Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis*, ejusque Pro- fessores in quibuscumque locis tunc & deinceps commorantes, sub immediata & speciali sua & Apostolicæ Sedis protectione perpetuò suscep- tos, amplissimis gratiis & privilegiis de Apo- stolica liberalitate ditare; prout in ipsius Gre- gorii Prædecessoris Literis, datis apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ MDXCI. Kalen. Octobris, plenius atque distinctius con- tinetur.

Eadem in
Congrega-
tionem Re-
gularem eri-
gitur a Gre-
gorio XIV.

Ejus Con-
gregationis
utilitas, &
fructus.

Ex hac nova charitatis schola, mirum quanta in omnium ordinum homines, tum corporum, tum animarum præcipuè utilitas dimanavit. Non jam ægrotantes ad morborum ærumnas, solitu- dinis ac derelictionis marem accessisse dolue- runt: Non jam transactæ vitæ reatibus gravati imminentis mortis discrimen absque peccato- rum expiatione subire timuerunt: Non jam hu- mani generis adversarius miseris mortales in extremis laborantes infesta rabie circumstans, eos a susceptorum Sacramentorum robore im- paratos, aut Fidelium exhortationum solatio & subsidio destitutos invenit. Reddita Nosocomiis mundities, allevati Ministrorum labores, ani- marum Pastores ubique adjuti, in anxietatibus, curis, & sollicitudinibus sublevati; ut minime sit mirandum, tot hujus Instituti domos, & tunc modico temporis intervallo per Italiam universam, per Siciliam, aliasque remotiores Provincias, & deinceps per Europæ totius Re- giones, plaudentibus Civibus, Episcopis adni- tentibus, erectas esse; in quibus, cum magno populorum fructu & emolumento, viget exi- mia charitatis spiritus per CAMILLUM in ip- sius Filios, atque discipulos diffusus & propa- gatus.

S. Camilli
Fundatoris
Virtutes.

Ipse verò saluberrimi operis institutor atque promotor, cum omnes, quas aliis tradiderat, Christianæ perfectionis Leges exactissime imple-

vit; tum eam præcipuè, quæ plenitudo Legis est, dilectionem: Cujus profectò Nobis datum est, ex collectis de ipsius vitâ, & rebus gestis certissimis monumentis, tam sublimitatem, at- que profundum, quam latitudinem, longitudi- nemque dignoscere.

Sublimis profectò charitas, quæ a Deo pro- cedens, & in Deum ipsum se referens, creata omnia, quæ aliis inordinatæ cupiditatis fomenta esse solent, vel tanquam pietatis in Deum ar- gumenta, vel tanquam occasiones misericordiæ in proximos exercendæ, unicè intuebatur. Hinc, quum ex omnibus rebus, quæcumque ipsius sensibus oberfabantur, nova quotidie amandi laudandique Creatoris incitamenta sumeret, no- vas charitatis flammæ conciperet; in assiduo de Deo sermones in flagrantissimos Divini Amoris actus, non sine lacrymis, identidem e- rumpebat; tantoque cor ejus æstuabat ardore, ut sensibilem aliquando lucem è vultu suo ra- diantem emitteret; & nihilominus ingemiscens, quod se infinite bonitati pro merito diligendæ imparè agnosceret, infinitas sibi animas dari voluisset, quas in Dei amore totas impende- ret. Hoc desiderio incensus, ad operosa mi- nisteria proximis præstanda eo spiritu accede- bat, ut Omnipotenti Deo, quem in pauperi- bus intuebatur, obsequium aliquod pro viri- bus exhiberet; ab eaque cogitatione nunquam mentem animumque averterat. Itaque Cœle- stem fere vitam in terris ducens, nonnunquam visus est per mirabiles exstases a sensibus om- nino alienatus, totoque corpore in aëra eleva- to ac suspensò, beatorum spirituum consortio sese miscere: Unde & eorum ope ac præsidio, complura vitæ discrimina mirabiliter evasit; & S. Philippi Neri testimonio compertum est, Angelos ipsius Sociorum lateribus, dum Infirmis ministrarent, adsistentes apparuisse. Sed & aliis supernaturalibus donis a Deo cumula- tus, spiritu prophetiæ, gratia curationum, & mirabili in naturæ leges imperio, adhuc vi- vens, innumera Cœlestis favoris, quo fruebatur, argumenta dedit.

Pietas in
Deum.

Humilitatis,
& peniten-
tiæ studium.

Ab ea tamen virtutum suarum, & superno- rum charismatum sublimitate oculos declinans CAMILLUS, eosque in propria humilitatis prof- unditate libentius defgens, nec unquam obli- vione captus purgationis veterum suorum de- lictorum, sæpe se inter omnes peccatores pesti- mum appellabat, seque indignum, qui inter homines viveret, ac destinatum aternis ignibus titionem intimo animi sensu profitebatur; ex quo sane humilitatis fonte prodierunt assidua, quibus corpus afflictabat, penitentis ac morti- ficationis exercitia; præcipuè verò demissus ille mentis habitus, quo pauperibus & ægrotis, quos sibi in Dominos adsciverat, in abjectis & laboriosis quibusque officiis sine requie mi- nistrabat atque inserviebat. Neque verò ob præclaram, Deoque, & hominibus acceptissi- mam Religionem a se fundatam, sapientissimè administratam, laxissimèque propagatam, ullo modo efferebatur; quinimmo delatum sibi forè Fundatoris nomen refugiens, ipsam quoque Or- dinis Præfecturam, quam per XXVII. annos in omni patientia & sollicitudine gesserat, tan- dem, firmato jam ipsius statu & regimine, hu- militer a se abdicavit & sponte dimisit; ut ita, cum eo, a quo didicerat mitis esse & humilis corde, fratribus suis jam dicere posset: *Ego au- tem in medio vestri sum, tanquam qui ministrat.* Qua tamen ex re iidem novam utilitatem sunt consequuti; dum ab ipso Ordinis moderatore, a quo sapientissimas leges atque vivendi Regu- las ad eum diem acceperant, deinceps etiam perfectæ subjectionis & obedientiæ formam,

ipsum

Charitas erga proximos, maxime infirmos.

ipsum exempla intuentes, desumere poterunt.

Sed jam videamus qua latitudine dilatatum sit cor ejus, ut charitatis suae fructus ad omnes proximos in tribulatione & angustia positos derivaret. Quo in genere non hic omnia recensenda ducimus, quae CAMILLUS assidue pro pauperibus sustentandis, alendis, hospitio accipiendis, pro virginibus tuendis & collocandis, pro viduis ac pupillis defendendis sublevandisque gerebat. Unum pro cunctis opus, quod sibi suisque Alumnis proprium & praecipuum sumperat, ut aegrotantium animabus corporibusque succurreret, immensam prope illius charitatis amplitudinem satis demonstrat. Quis enim tota Urbe infirmabatur, cum quo commiserationis affectu non infirmaretur CAMILLUS? ad quem non accederet, ac vel ipse praesens inserviando & consolando usque ad extremum adesset, vel subrogatis Sociis desideratam opem afferret? Quem reperit inopia pressum, aegritudine prostratum, aut nimio mortis metu perterritum, cui non opportuna corporis animique subsidia contulerit, eumque in aeterna salutis fiduciam erexerit? Quem vitii atque peccatis irretitum, vel Religionis mysteria & dogmata ignorantem, quin eum ad melioris vitae propositum, ad Divinae bonitatis finem reducere studuerit, vel in doctrina Fidei, & in lege Domini erudierit? Quin etiam constat, aliquos Hereticos in Urbe morbo correptos, CAMILLI charitate & comitate devinctos, ejusque instructionibus, atque hortationibus illustratos, adjuvante Divina gratia, Ecclesiae Catholicae restitutos fuisse.

Quibus in rebus quam per omnes Urbis Regionem, ac domos magni ipsius fuerint, & quotidiani labores; tum vero in publicis Xenodochiis, & potissimum in Hospitali Domo Sancti Spiritus in Saxia, illius opera adeo assidua fuit, ut ibi cogitationum atque studiorum omnium scopum, ibi veluti perpetuam vitam suam sedem collocasse videretur. Ibi non solum Famuli, & Inservientes, sed ipsi quoque Praepositi viderunt eum in omni officii ministerio sibi metipsis praesentem, quaeque inter plures dispersita sunt munera, eundem unum omnia amplectentem, ac mira sedulitate obeuntem. In eo habuerunt aegroti, quidquid homines ferè ab amicis, propinquis, parentibus desiderare consueverunt: Nec major est amantissimae Matris sollicitudo erga unicum languentem Filium, eam, quam CAMILLUS singulis quibusque aegrotantibus praestabat; eorum desideria praevertens, eorum solatium, commodum, munditiam, ac potissimum animae expiationem, rectamque Sacramentorum perceptionem procurans; In eos vero peculiariter intentus, a quibus ceteri vel contagionis metu, vel morborum nausea & horrore fugiebant, eos ipse ulnis amplexari, fovere sinu, suisque vestibus tegere non recusabat. Ibi saepe laboriosas noctes laboriosissimis diebus continuavit, nec ulcerati cruris, nec gravis herniae incommodo & dolore detentus, nec cibi, nec somni, nec requietis memor, non semel ob extremam corporis defatigationem, spiritum deliquio captus, in terram semianimis corruit.

Grassante peste in Urbe, quid praestiterit CAMILLUS.

Reliquum erat, ut praesenti experimento proposito, videretur, an CAMILLI charitas ad illum, quem cum Sociis professus fuerat, gradum revera pertingeret, ut nimirum aegrotis Fidelibus, quos etiam pestis incesisset, opem & ministerium praestaret. Et quidem quatuor vix annis post indultam novo Ordini Apostolicam confirmationem, invasit Urbem contagiosa

lues, cum extrema Annona caritate conjuncta, ut duplici clade percussa Civitas, funeribus, luctu, vastitate completa fuerit. Alios morbi vis, alios inopia & fames, plurimos desperatio & horror ad mortem ducebant; omnes vero metus, ac praesens vitae periculum, ad salutem & securitatem alibi conquirendam, vel saltem discrimini non obijciendam adigebant. At vero CAMILLUS, propria incolumitate vitae contempta, minime dubitavit cum suis Alumnis pro salute publica se devovere. Itaque visus est, non modo publicis omnibus Nosocomiis sine intermissione adesse, ac miseris aegrotantibus operam, consilio, exhortationibus operam ferre; verum etiam incredibili sollicitudine privatas quilibet Domos ingredi, quandoque etiam, si occlusae essent fores, adhibitis scalis per fenestras penetrare; remotissima quaeque loca, obscuras cryptas, immunda stabula anxie circumire; languentes, affictos, inedia dejectos conquirere, atque omnes, quibuscumque poterat, subsidiis juvare, ac reficere; eorum plagas curare, tabem abstergere, sordes eluere, lectos purgare; Praeterea novum aperuit Xenodochium in ipsa Religionis suae Domo; alterum in Regione Calimontana ad Sanctum Sixtum; alterum quoque ad Clivum Capitolii in via Rhedarum nuncupata constituit; illucque aegrotos undique comportari curavit, complures etiam propriis sublatos humeris ipse detulit; per omnes denique Urbis vastissimae Regionem alacer operam, voce, animo praesto fuit, ut non sine causa judicatum fuerit, clementissimum Dominum, qui etiam in ira sua misericordia recordatur, deliberato in Urbem flagello; opportunum levamen per CAMILLUM, ejusque propositi Sectatores opponere voluisse.

Ea tempestate sedata, ecce biennio post, novum calamitatis genus novam CAMILLO praebuit occasionem ardentissimae charitatis suae erga periclitantes proximos ostendenda. Quum scilicet Tiberis aquarum copia plus nimio auctus, magnam Urbis partem inundasset, jamque adjacentes Sancti Spiritus Aedes invadens, inferiora ipsius cubacula occupasset, commotus tanto Infirmorum periculo CAMILLUS, in medias aquas proficiens, cepit aegrotos ipsos, eorumque grabatos humeris suis alio transferre, nec prius ab opere cessavit, quam immenso trium dierum labore in tuto omnia collocata conspexerit.

Quid, exundante Flumine.

Quod si, veritatis aeternae testimonio, majorem hanc dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis; quid ni heroicam agnoscamus fuisse charitatem CAMILLI, qui minime detrectavit pro pauperibus Christi vitam saepe suam in manifestum discrimen adducere, nec unquam animam suam pretiosorem fecit eam, cujus desiderio flagrabat, proximorum salute?

Neque vero unius Romanae Urbis ambitu se continuit ipsius dilectionis amplitudo, sed alias quoque Regionem ac Civitates complexa est, ad quas Instituti sui fructum, utilitatemque propagavit; Italiam vero universam ferè benefaciendo peragravit, mirifica charitatis opera ubique exercens, omniumque necessitatibus opportunè succurrens. Mediolanum grassante & Nolam Urbes pestifera contagione, quo tempore alii earum Urbium commercia omni ratione vitabant, quin etiam earum Cives alio evolare posse cupiebant, ultro ingressus est CAMILLUS, dilectionis ignem in sinu portans, atque utrobique admiranda illa virtutis exempla, quae Roma olim conspexerat, pari omnium ordinum admiratione renovavit. Buclanicam Patriam

Quid aliis in Civitatibus & Oppidis.

Oppidum ut audivit Annonæ difficultate graviter afflictum, illico Româ eò se contulit, suosque Cives impensis providentiæ & charitatis officiis, illustribus quoque impetratis a Deo prodigiis, mirificè recreavit.

Ipsius facta
mors.

Denique inextinctam charitatis suæ flammam usque ad exitum vitæ, usque ad metam præclari cursus feliciter perduxit; cumque diuturno triginta trium mensium languore, lentaque, & molesta feбри probatus fuisset, prænunciatum sibi cœlitus mortis diem animo concupiscenti præstolando, nil aliud præter Dei & proximi dilectionem in corde & in ore habens, nil aliud Sociis, ac Discipulis suis commendans, tandem Ecclesiæ Sacramentis piè & religiosè susceptis, die xiv. Julii Anno salutis MDCCXIV., ætatis suæ LXV. ad regnum perfectæ charitatis migravit.

Nec dubitarunt quicumque ipsius laborum agnovere certamina, quin ipsi coronam justitiæ reddidisset justus Jodex; qui etiam, editis potentis suæ signis, devota frequentis populi ad ejus funus confluentis officia sibi accepta esse monstravit. Cumque de hujusmodi Miraculis, ac potissimum de perspecta Servi Dei sanctitate, universalis fama, & constans hominum judicium esset, cito deventum est ad legitimorum Processuum constructionem, quibus Ordinaria primum, mox etiam Apostolica auctoritate confectis, eorumque validitate approbata, post maturum omnium examen iteratis vicibus resumptum, Nobismetipsis olim, pro munere Promotoris Fidei, quod gerebamus, minutissima quaque dubitationis capita proponentibus, tandem a felic. record. Prædecessore Nostro Benedicto Papa XIII., cum consilio Congregationis Sacrorum Rituum, judicatum est constare de CAMILLI Virtutibus in gradu heroico; ut patet ex decreto ab eo edito die xxiv. Julii anni MDCCXXXVIII.

Heroicæ CAMILLI Virtutes juridicè approbantur.

Mox examinatis in eadem Congregatione Miraculis, quæ post CAMILLI obitum, ejusdemque intercessione evenisse dicebantur, hujusque examinis summa ad Nos ipsos in immensum aucto, ita ut universum ipsius corpus unicâ crustâ, sanie taboque manente, coopertum appareret, acutâ quoque feбри superveniente, omnique amissâ motus, & sensuum facultate, jam expiratura judicabatur; quum subito imposta ipsi Imagine Beati CAMILLI, ac brevi prece ab ipsius Sorore & Matre emissâ, velut a somno mortis excitata, perfectè convaluit; corpus repente detumuit, crustâ deciderunt, reliquit eam febris; ita ut è lecto statim surgens, integerrimis viribus iacere & operari poterit, neque deinceps inveteratæ hujusmodi affectionis incommoda amplius perpessa fuerit.

Miracula pro Beatificatione approbata.

jus solemnia deinde in Basilica Principis Apostolorum de Urbe rite celebrata fuerunt vigore Literarum Nostrarum Apostolicarum die vii. ejusdem mensis, & anni, sub Annulo Piscatoris editarum.

Indultam Beato Viro venerationem, ac summo Fidelium studio eidem exhibitam, nova subsequuta sunt Miracula, quæ manifestam Dei voluntatem de ipsius glorificatione in Terris augenda ostendere videbantur. Tribus itaque Episcopis, ad inquirendum super hujusmodi Miraculis, auctoritate Nostra Apostolica de more delegatis, cognitaque Processum ab ipsis confectorum validitate, ex tribus Miraculis in prædicta Sacrorum Rituum Congregatione accuratissimè discussis, audito, ut par erat, Peritorum judicio, novisque inquisitionibus super sanationum obtentorum perseverantia legitimè peractis, duo potissimum, tamquam approbatione nostra digna, Nobis proposita fuerunt, quæ quum revera, privatis Nostris studiis adhibitis, & invocato lumine Spiritus Sancti, clarissima in luce posita esse judicaverimus, die prima Maji superioris anni MDCCXLV. Decreto Nostro approbavimus, & publicavimus.

Causa reasumitur.

Primum est sanatio Lucie Theresiæ Petri Puellæ ex Oppido Caprarolæ, quæ quum ab ipsa nativitate, ob pravam Thoracis structuram, magna respirandi difficultate laborasset, & procedentibus annis, ingravescente Asthmate, accedentibus purulentis, & sanguineis excretionibus, ac summa virium prostratione, externo quoque contracto gibbo, gravem sibi, aliisque vitam haud longe protrahere posse ostenderet; in maxima morborum hujusmodi intentione, quum, invocatâ Beati CAMILLI ope, aquam bibisset præfato pulveri admixtam, unius noctis spatio a morbis omnibus expedita, & perfectâ valetudinis firmitate donata fuit.

Miracula pro Canonizatione approbata.

Alterum est instantanea sanatio Margaritæ Castelli duodeviginti annorum Puellæ ex Oppido Marini, quæ ob vitium sanguinis ab utero matris contractum, malignis pustulis sæpè afflicta, tandem earum numero in immensum aucto, ita ut universum ipsius corpus unicâ crustâ, sanie taboque manente, coopertum appareret, acutâ quoque feбри superveniente, omnique amissâ motus, & sensuum facultate, jam expiratura judicabatur; quum subito imposta ipsi Imagine Beati CAMILLI, ac brevi prece ab ipsius Sorore & Matre emissâ, velut a somno mortis excitata, perfectè convaluit; corpus repente detumuit, crustâ deciderunt, reliquit eam febris; ita ut è lecto statim surgens, integerrimis viribus iacere & operari poterit, neque deinceps inveteratæ hujusmodi affectionis incommoda amplius perpessa fuerit.

Consulta deinde fuit eadem Sacrorum Rituum Congregatio, an rebus ita se habentibus, ad solemnem Beati CAMILLI Canonizationem tutò procedi posse censeret; omnibusque Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus eandem Congregationem constituentibus, nec non dilectis Filiis ejusdem Congregationis Consultoribus in partem affirmativam consentientibus, Nos deinde, maturâ ponderatione præmissâ, ac ferventibus Deo oblati precibus, tandem anno superiore die xvii. Augusti, illius diei anniversaria, quo Inscrutabilis Divini consilii altitudo Nos immerentes ad Summi Pontificatus apicem evexit, publico Decreto edito, hujusmodi Congregationis sententiæ Nos quoque adherere declaravimus.

Decretum de tuto progressu ad Canonizationem.

Urgebant verò pro hujus Decreti imple-
mento non solum communia Fidelium Populo-
rum, ac in primis dilectæ Urbis Nostræ vota,
sed & enixæ preces, ac supplicationes antedi-
ctæ Congregationis Clericorum Regularium Mi-
nistrantium Infirmis, quibus, & olim clar. me-
moriæ Philippus III., & Philippus IV. His-
paniarum Reges Catholici, plurimique Eccle-
siastici, & Sæcularis Ordinis Proceres apud
Prædecessores Nostros Romanos Pontifices suas
preces adjunxerant, & suas nuper postulatio-
nes Nobis humiliter exhiberi mandaverant Car-
issimus in Christo Filius Noster Carolus utrius-
que Sicilia Rex Illustris, ejusque Conjux Ca-
rissima in Christo Filia Nostra Maria Amalia
utriusque pariter Sicilia Regina Illustris, &
cum aliis pluribus Antistitibus & Principibus,
dilecti Filii Nobiles Viri Neapolitanæ Civitatis
Electi. Quapropter communicato consilio cum
universo Collegio Venerabilium Fratrum No-
strorum S. R. E. Cardinalium in Consistorio
secreto die xvij. elapsi mensis Aprilis coram
Nobis habito, hisque similiter, audio a No-
bismetipsis Causa statim ac meritis, ad ulterio-
ra, servatis servandis, progrediendum esse
suadentibus; Nos demum, convocatis per Li-
teras compluribus Venerabilibus Fratribus Ar-
chiepiscopis, & Episcopis per Ecclesias consti-
tutis, eorum quoque suffragia, ut in tanti
momenti judicio fieri consuevit & decet, au-
dire deliberavimus.

Consisto-
rium secre-
tum.

Consisto-
rium publi-
cum.

Cardinali-
um, & Epi-
scoporum
sententia in
Consistorio
semipublico.

Itaque expositis primùm in plenario publi-
coque prædictorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ
Cardinalium, Antistitum, omniumque Ordinum
Romanæ Curie Confessu, per dilectum Filium
Julium Cæsarem Fagnanum Nostræ Consisto-
rialis Aula Advocatum, ejusdem Beati CAMILLI
gestis, Virtutibus, & Miraculis, iidemque
præterea in summaria Relatione ex monu-
menti prædictæ Sacrorum Rituum Congrega-
tionis fideliter desumptâ, una cum Actorum
serie, prædictorum omnium judicio subjectis;
die decima currentis Junii eosdem Sanctæ
Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & Patriarchas,
Archiepiscopos, & Episcopos universos coram
Nobis in Consistorio semipublico congrega-
tos adstantibus de more dilectis Filiis Sedis A-
postolicæ Notariis, & Cancellariis Nostris
Auditoribus, requisivimus; an ad solemnem
ipsius Beati Canonizationem deveniri posse ce-
sarent; cumque omnes unanimi sensu id a
Nobis præstandum esse suaderent, exhibitis quo-
que in scriptis per singulos suffragiis, qua in
Romanæ Ecclesiæ Tabularium inferri iussimus:
Nos quidem tunc eos omnes hortati sumus,
ut pro impetrando Nobis superni luminis adju-
torio, suas Deo preces offerrent; mox genera-
lia per Urbem jejunia indiximus, designatisque
Ecclesiis cum Indulgentia ab omnibus Christiti-
delibus Nobiscum orantibus consequendâ, ite-
ratis etiam Sacrificiis, Deum omnipotentem
precati sumus, ut sedium suarum assiducam sa-
pientiam ad illuminandas mentis Nostræ tene-
bras emittere dignaretur.

Solemnis
Canoniza-
tio.

Demum adveniente hac die Beatorum Apo-
stolorum Petri & Pauli Martyrio consecrata, in
splendidissimo Ecclesiæ Romanæ jubilo, præce-
dentibus cum prece omnibus Cleri Sæcularis &
Regularis Ordinibus, & subsequenteribus Aula
Nostræ, & Curie Officialibus, atque Ministris,
frequentissima Confacerdotum corona supati,
ad Sacram Beatissimi Apostolorum Principis me-
moriæ in Vaticano, solemnis supplicationis
ritu processimus: Ubi exhibitis Nobis iterum a
dilecto Filio Nostro Joachimo Tituli Sanctorum

Quatuor Coronatorum Presbytero Cardinali
Portocarero nuncupato, prædictorum Supre-
morum Principum, & Procerum, Ecclesiarum-
que, & Congregationis Clericorum Regularium
precibus & obsecrationibus, Dei nomine cum
gemitibus invocato, ad laudem Sanctæ, &
Individue Trinitatis, ad Triumphantis Ecclesiæ
gloriam, & Militantis consolationem, atque
præsidium, auctoritate Domini Nostri Jesu
Christi, Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli,
ac Nostræ, ac de congregatæ Fraternitatis, ut
supra diximus, assensu & consilio, prædictum
CAMILLUM DE LELLIS Diocesis Theatinæ Sacer-
dotem, Fundatorem Congregationis Clerico-
rum Regularium Ministrantium Infirmis, de cu-
jus præcellenti Fide & charitate, cæterisque
Virtutibus in gradu heroico, nec non de Mi-
raculis ipsius intercessione a Deo patris, ple-
nissimè constabat, & constat, Sanctum esse de-
finiendo pronunciamus, & pro Sancto ab
omnibus habendum, atque colendum ediximus,
in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti;
omnibusque Christifidelibus, qui singulis annis
die xiv. Julii verè poenitentes, & confessi Ec-
clesiam Sanctæ Mariæ Magdalena de Urbe,
Congregationis præfate Clericorum Regularium,
in qua ipsius Sancti Corpus religiosè asservatur,
devotè visitaverint, septem annos, & totidem
quadragenas de injunctis eis, seu aliis debi-
tis poenitentis, eadem auctoritate in perpetuum
misericorditer relaxavimus. Denique in
obsequium Omnipotentis Dei decantato Laudis,
& Confessionis Hymno, incruentam salutis No-
stræ Hostiam ad Altare Confessionis Beatissimi
Petri Apostoli in Spiritu humilitatis obtulimus,
cum commemoratione etiam ipsius S. CAMILLI
Confessoris, nec non Sanctorum Fidelis Mar-
tyris, Petri, & Josephi Confessorum, & Catha-
rinæ Virginis, quos pariter Sanctorum Aibo-
ritè adscripsimus, omnibusque ibi præsentibus
plenariam peccatorum Indulgentiam largiti sui-
mus.

Indulgentia.

Exultet igitur Ecclesia Sancta Dei, & jucun-
detur in Domino, qui secundum promissiones
suas, sanctitatis & dilectionis spiritum in ea
conservat, & fovet. Excitentur Fideles ad præ-
clara Sancti hujus persequenda vestigia, ut ip-
sius mereantur suffragiis adjuvari; qui quum
in illo Regno Beatitudinis, in quod neque luctus,
neque dolor ingreditur, non habeat, cui affue-
ta misericordiae suæ exhibeat officia, Nos hic
in tantis angustis, & calamitatibus constitutos,
suâ intercessione sublevare, & flagella Divina
iracundiæ a Nobis iubeas studebit avertere.

Ut autem præmissa omnia ad consolationem,
& eruditionem Christianæ plebis ubique innotescant,
Nos ea, præsentium Literarum Apostoli-
carum tenore, & auctoritate, publicanda, at-
que edicenda esse censuimus; mandantes, ut
earundem præsentium transumptis, sive exem-
plis etiam impressis, manu alicujus Notarii pu-
blici subscriptis, & sigillo Persona in Ecclesiasti-
ca dignitate constituta munitis, eadem prorsus
ades ab omnibus habeatur, quæ ipsi præsentibus
adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Præsentium
Literarum e-
xemplis au-
thoritas tri-
buitur.

Nulli ergò omnino hominum liceat paginam
hanc nostræ definitionis, decreti, adscriptio-
nis, mandati, statuti, relaxationis, & volun-
tatis infringere, vel ei ausu temerario con-
traire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,
indignationem Omnipotentis Dei, & Bea-
torum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se no-
verit incursum.

Sanctio.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno
Incarnationis Dominicæ millesimo septingente-

Dat. Ponti-
ficatus Anno

v. 1746.
J. r. die 29.
Junii 1746.

simo quadagesimo sexto, tertia Kalendas Julii,
Pontificatus Nostri Anno Sexto.

† Ego Benedictus Catholicæ Ec-
clesiæ Episcopus.



† Ego T. Episcopus Ostien. & Veliternen. Card.
Rufus Decanus, & S. R. E. Vice-Cancellarius.

† Ego A. Episcopus Portuensis Cardinalis S. Cle-
mentis S. R. E. Camerarius.

† Ego V. Episcopus Prenesinus Card. Petra, Card.
Major Pœnitentiarius.

† Ego P. A. Episcopus Albanen. Card. Carafa.

† Ego V. Episcopus Sabinen. Card. Biebius.

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

† Ego F. Tit. S. Mariæ de Populo Presbyter Card. de
Ricciis.

† Ego A. Tit. S. Sylvestri in Capite Presbyter Card.
Rufus.

† Ego C. Tit. S. Mariæ de Ara-Cœli Presbyter Card.
Calcagnini.

† Ego P. M. Tit. S. Agnetis extra muros Presbyter
Card. de Montibus.

† Ego F. Tituli S. Matthæi in Merulana Presbyter
Card. Tamburrini.

† Ego J. Tit. S. Crucis in Hierusalem Presbyter Card.
Besozzi.

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

D. Card. Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

I. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✱ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Canonizatio BEATI PETRI REGALATI Sacer-
dotis Professi Ordinis Minorum, Regularis
Observantiæ inter Hispanos Restitutoris.

XIII.

BENEDICTUS EPISCOPUS,
Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei
memoriam.

NEGOTIATORES Cœli, qui fidelibus Re-
demptoris nostri promissionibus innixi,
quæcumque Mundus appetit, quæ caro concupif-
cit, quæ Dæmon pollicetur, omnia relinquunt,
ut Christum bajulantem sibi Crucem, per aspe-
ram angustamque viam prosequantur, non modo
inæstimabilem bonæ negotiationis fructum in æter-
næ vitæ possessione percipiunt, sed etiam in ter-
ris centuplum, pro omnibus, quæ dimiserunt,
utilissimâ commutatione lucrantur. Dum enim
vitæ hujus oblectamentis, per mortificationis, &
continentiæ studium renunciant, puris tranquil-
lisque voluptatibus, de conscientia serenitate, ac
Divini favoris suavitate, replentur; dum anxias
Mundi divitias, Evangelicam paupertatem am-
plexi, a se abdicant, supernorum charismatum
thesauris abundè ditantur; & pro vanis fluxisque
honoribus, quos contemnunt, veram solidam-

Exordium.

que

que gloriam, non solum coram Angelis Dei, sed etiam coram hominibus adipiscuntur. Vidit hæc Cœlesti lumine edoctus BEATUS PETRUS REGALATUS, Ordinis Minorum Alumnus, ejusque disciplinæ, quam Sanctus Patriarcha Franciscus discipulis suis tradiderat, perfectissimus ipse Sæctor, & in aliis quoque Restitutor. Gustavit, quam suave ac bonum esset, abnegatis secularibus desiderijs, uni Deo adherere; reliquit, quæ sua erant, ut Christum lucrifaceret: Verum in ipsis etiam voluntariæ paupertatis angustiis dilatatum est cor ejus, ut quarum rerum nec possessione, nec affectu tenebatur, in eas mirum sæpe jus & imperium, supra id quod nature leges ferunt, Deo concedente, exerceret. Nunc denique ad immensum Gloriæ pondus, quæ is jam dudum in Cœlis potitur, non exiguus in Terris accessit honoris cumulus, decreto eidem cultu univèrsæ per Orbem Ecclesiæ, cui Nos, licet indigni, Divina voluntate præsertentes, ipsam Beatum Virum, Christianarum Virtutum perfectione, & Miraculorum claritate illustrem, inter Sanctos Confessores a Nobis, cum consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, nec non Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Romana Curia frequenti numero congregatorum, rite ac solemniter adscriptum, religiosa veneratione prosequendum, & proficua devotione invocandum proponimus, ac præsentium Literarum tenore denunciavimus.

Sancti Petri Regalati ortus, & initia.

Vallisoletæ, Nobili Hispaniæ Urbe, natus est PETRUS Anno salutis MCCCXC., ex Nobilibus piissque parentibus, quorum disciplinâ, & exemplis eruditus, ac Divinâ præsertim gratiâ præventus, cœpit a puero ad Christianam perfectionis leges vitam moresque suos componere, & conformare; quin etiam vix decimo ætatis anno transacto, domesticis facultatibus honoribusque contemptis, Franciscani Instituti habitum, ac professionem expetere. Restitit quidem ab initio amatissima Mater, & piis Filii desiderijs obsecundare triennio toto recusavit; verum is in sancto proposito firmiter perseverans, eumque præferens Matri, quem præferre jubemur, & anima Nostræ, instando & obsecrando, tandem obtinuit, ut ad Religiosæ vitæ Tyrocinium, mox etiam ad solemnia emittenda Vota in patriæ Civitatis Cœnobio admittetur. Ex eo tempore quam in suscepto perfectionis curriculo, per internæ humilitatis, externæque mortificationis studium, per assidua Orationis, & contemplationis exercitia, per sollicitam puri cordis, & sensuum custodiam, novos semper progressus faceret, nunquam respiciens retro, sed ad perfectiora, & sublimiora extendens se ipsum; ad illud brevi pervenit virtutis fastigium, ut & in omnibus religiosi Viri officiis toti Sodalitio exemplis suis præluceret, & sanctioris disciplinæ in Minorum Familia non nihil tunc temporis laxatæ in pristinum splendorem restituendæ, inspirante Deo, consilium caperet, eodemque adjuvante, ad effectum mirè perduceret.

Ordinem Minorum ingreditur.

Ejusque Reformationem una cum Petro Villacretio promovet.

Etenim occasionem nactus, quæ Vir pius, ac prudens Frater Petrus Villacretius ejusdem Ordinis Professor, potestate a Superioribus sibi facta, Hispaniæ Cœnobio peragrabat, ut ex iis, qui a subinducta libertate ad perfectiorem vivendi rationem transire cuperent, peculiarem veluti regem constaret, in quo pristina Franciscana Regula puritas, & austeritas revivisset, nihil cunctatus PETRUS se illi socium adjunxit, & in solitariam Domum propè Aquileviam Oxomensis Diocesis Oppidum permissu Episcopi extractam, libens cum eo secessit. Ibi in perpetuis pietatis, & penitentis exercitationibus ambo viventes, non solum Cœlestium gratiarum copiam, sed etiam hominum admirationem sibi conciliavunt; ut eâ permoti quamplurimi, tum ex ipso Fratrum Minorum

Ordine, tum è seculari Clero, & e Populo, in eorum Societatem admitti certarint, eorumque disciplinæ se instituendos tradiderint. Quare cum nova Reformatorem Familia ad eum numerum aucta fuisset, ut jam Aquileriensibus Ædibus contineri minimè posset, alterum ejusdem Instituti Cœnobium de Abroxo nuncupatum in Agro Tribulano ad Ripam Durii Fluminis construi, opus fuit.

In horum Conventuum regimine, quoties nascentis Reformationis negocia Villacretium aliò vocabant, PETRUS REGALATUS ipsius vices sustinere consuevit. Cum verò idem Villacretius, post obtenta a felicis recordationis Martino Papa V. Prædecessore Nostro, quem præfens adierat, quæcumque ad ipsius Reformationis firmitatem, atque dilatationem maximè optaverat, ex hac vita piè migrasset, communi Religiosorum Voto in ipsius locum successus est PETRUS, qui sicut eum viventem in prælaudati operis constitutione, & administratione, consilio suo, atque opera maximè juverat, ita deinceps non modo Aquileriensis Cœnobium, in quo præcipuum fixit domicilium, sed Tribulanum etiam, quod modò per se ipsum, modò per Vicarios a se delegatos regebat, ad perfectioris disciplinæ normam sanctissimè gubernavit.

Fuit in eo ad Socios, Subditosque in via Mandatorum Dei dirigendos, non solum eximius zelus, & assidua vigilantia, verum etiam in omni virtutum genere præclari exempli lux, & auctoritas. Quorum enim jejunorum observantiam ad mentem Sancti Fundatoris in usum reduxerat, ea ipse & exactè servabat, & voluntariis abstinentiæ rigoribus cumulabat, quum nullum ferè obsonii genus ad panem, & aquam plerumque adjiceret, & præter dies Dominicorum, nihil omnino ad vesperam sumeret; quin immò totos sæpe dies absque ullo cibo transigeret in laboribus, aut orationibus, quarum etiam amore nonnunquam integras noctes infomnes ducebat, vel humi cubando, curabat, ut ne quid somni caperet, præter id, quod ineluctabilis nature necessitas postulabat. Duris præterea flagellis, asperissimis ciliciis corpus affligere, & in servitutem redigere non desinebat. Paupertatis verò aded amator fuit, ut quæ præ cæteris attrita, & lacera vestes essent, eas ipse sibi deligeret, nec unquam ferè sandaliis aliove calceamenti genere uteretur, sed nudis plerumque pedibus ad humilitatis, & penitentis exercitia, incederet.

Reformatorem Cœnobio gubernat.

Insuper religiose virtutes.

Quare cum sibi, ac mundo crucifixus omnino esset, minime est mirandum, si totum cor ejus sibi vindicavit Cœlestium amor, ejus virtute fortiter tractus, ac dulcedine suaviter illectus, ineffabilia Divinitatis attributa, & Redemptionis nostræ mysteria, præsentissimo animi sensu assidue contemplabatur, adeoque in piis meditationibus affectibusque inardebat, ut sæpe clarissimus locis splendor ex ipsius corpore diffusus, non solum ad cubiculi ambitum, sed longè lateque supra Cœnobii tectum emicaret; cujus rei causa a finitimis cognita, Domus Dei nomen Cœnobio inditum fuit, quo etiam usque in præsentem diem appellatur. Ex frequentibus verò mentis excessibus, quibus ad interiora cum Deo colloquia admittebatur, quum Cœlestium virtutum formam in se referret, earum quoque exemplar aliorum animis imprimere vehementer optabat. Hinc ortum habuit zelus ille ardentissimus, quo ad animarum salutem opportunissimis rationibus procurandam accendebatur; neque solum Religiosos Viros curæ suæ peculiariter commendatos, exemplis præceptisque suis ad perfectionis culmen ducere satagebat; sed cæteris etiam omnibus operâ, consilio, sermone, ac potissimum impensis misericordiæ, & charitatis officiis, tutissimam ad Cælum viam

Pietas in Deum.

Charitas in Proximos.

commonstrare, & complanare curabat. Hic erat precipuus ipsius scopus; & cum pauperes Christi aegritudine afflictos, eosque maxime, quos propter horribilam morborum speciem, aut contagionis periculum, ab aliis derelictos conspiciebat, per se ipse adjuvare, hospitio recipere, laboriosa curatione sublevare gestiebat; & cum, corrogata a divitioribus sipe, calamitosis omnibus opem ferre, potissimum verò Christianidelibus apud barbaros in captivitate detentis, libertatem impetrare studebat; cum demum inimicitias omnes, & similitates inter fideles componere omni studio nitebatur: ut scilicet peccata, & vitia eliminaret, pericula, occasioneque peccandi omnibus subtraheret, & Proximos a se adjutos, non sibi, sed Christo lucrifaceret, atque ad Divinam Bonitatis amorem, ad Evangelicæ legis observantiam adduceret. Denique purgantium Defunctorum cruciatus pio commiserationis affectu respiciens, oblati Deo precibus, Sacrificiis, jejuniis, aliisque voluntariis sui corporis castigationibus, prolatam ipsis aeterna Beatitudinis possessionem accelerare curabat.

Extrema vi-
tae, & obitus.

Mis aliisque virtutibus apud suos, exterosque clarus, Miraculorum quoque gratia, aliisque supernaturalibus donis illustris, cum ad sexagesimum sextum ætatis annum pervenisset, jamque prospiceret, haud procul esse depositionem Tabernaculi sui, de apto idoneoque Rectore gregi suo post se relinquendo sollicitus, longum asperumque iter ingressus est, ut Lupum Salazarium antiqui Instituti cultorem, ac vindicem, ad id muneris suscipiendum suaderet. Eâ re impetratâ, quum Tribulanum Cœnobium in reditu vistasset, inde ad Aquileriense se contulit, ubi lethali morbo correptus, decubuit, exactoque inter acerbos cruciatus, atque languores integro Quadragesimæ cursu, tandem die sancto Paschæ Eucharistici Panis viatico munitus, & sequenti die ab Episcopo Palentie Oleo Sancto unctus in nomine Domini, quum dilectissimos Fratres ad severioris disciplinae custodiam, ad paupertatis studium, ad imitacionem Christi etiam, atque etiam hortatus esset, animam suam in manus Dei fidenter amanterque commendans, iustorum somno obdormivit tertio Kalendas Aprilis Anno salutis MCCCCLVI.

PETRI corpus, ut piis Fidelium turbis ad Cœnobium undique concurrentibus satisficeret, per aliquot dies inhumatum remansit; cumque nullas interim mortalitatis injurias pateretur, tandem in communi Fratrum Sepulchro conditum fuit; unde tamen post triginta sex annos translatum fuit ad prænobile locula mentum, quod ipsi clar. mem. Elisabetha Castellæ Regina ex alabastrite marmore extrui curavit.

Ibi & propter confians hominum iudicium de Servi Dei sanctitate, & propter Miraculorum frequentiam, assidua venerationis & cultus obsequia a piis Fidelibus ipsi delata fuerunt.

Acta sub Ur-
bano VIII.

Et sanè de generali ipsius Sanctitatis, Virtutum, & Miraculorum fama, Testes sunt antiqui Processus auctoritate Ordinaria super eo confecti, qui cum ante hos centum viginti annos ad hanc Sanctam Sedem delati fuissent, & pro legitimo cultu eidem Servo Dei asserendo, Apostolicæ definitionis oracula, instantibus etiam Catholicis Hispaniarum Regibus, universoque Ordine Fratrum Minorum S. Francisci, vehementer expeterentur; visum est fel. recordat. Urbano Papa VIII, Prædecessori Nostro, signatâ Chirographo suo Commissione, ad discutendam in specie ipsius Beatificationis, & Canonizationis Causam, novorum Processuum constructionem demandare. Quibus deinde ad Urbem allatis, & trium antiquiorum tunc temporis Causarum Palatii Apostolici Auditorum examini subjectis, quum hi, pro sua integritate & prudentia, eorum validitatem &

relevantiam plenissimè approbantes, in luculenta Relatione eidem Urbano Prædecessori exhibita, tam præclaras Servi Dei virtutes in gradu heroico, quam illustria in vita, & post mortem eius intercessione patrata Miracula, satis demonstrata esse censuissent; idem Urbanus Prædecessor ipsius Causæ iudicium remisit Congregationi Sacrorum Rituum: Quæ post approbatam eorundem Processuum validitatem, & examinis formam, quum decrevisset, unâ cum dubio de Regalati virtutibus, alterum quoque de Miraculis ipsius intercessione sequitis proponi, & expendi; quatuor infra scripta Miracula ad trutinam vocavit, Primum, quod olim in visticatione Conventuum Aquilerie & Tribuli, quam Dei Servus pedes peragebat, intermedium spatium quadraginta millium passuum unius horæ intervallo confecisset. Alterum, quod quum collectas è communi Mensa reliquias aliquandò deferret ad pauperes, ob idque a Vicario sibi occurrente objurgaretur, quod supra modum in exteris se liberalem præberet, quumque is nil aliud, quam flores deferre se afferasset, flores revera in sacculo reperti sunt, quos neque anni tempus, neque Regionis natura suppeditare poterant. Tertium, quod Durii Fluminis aquas, quoties increbuisse, & navicula deest ad transfretandum, extento super eas pallio, non semel sicco pede transierit. Quartum denique, quod pauperi post ipsius obitum assuetâ elemosyna præ Cœnobii foribus fraudato, eaque de re ad ipsius PETRI sepulchrum conquirenti, exerto è sepulchro brachio, panem porrexerit. Hisque admirabilibus sanè prodigiis, quæ etiam a vetustissimis temporibus marmoreo Servi Dei sarcophago insculpta cernebantur, maturè discussis & approbatis; peracto quoque virtutum examine; eadem Congregatio Decretum edidit die xvi. Novembris anni MDCXXX., quo tam Virtutes ejusdem Servi Dei, quam ipsa prædicta Miracula comprobata fuerunt.

Quum verò paulò post, super hujusmodi iudiciorum ordine & methodo, nova & consultissima ejusdem Urbani Papæ VIII. Decreta prodissent, proindeque inducta fuisset necessitas ostendendi, quod iis paritum esset; antequam ad ulteriora in hac Causa procederetur, opus fuit planum facere, quod per centum annos, immò verius per duo fere secula ante eorundem Decretorum editionem, publicus cultus ipsi Dei Servo præstitus fuerat. Quare post aliquot annorum silentium, percrebescens religiosis Catholicorum Principum & Populorum votis, instantibus quoque quamplurimis Episcopis, universoque prædicto Ordine Fratrum Minorum S. Francisci, Anno Domini MDCLXXV. a felic. record. Prædecessore pariter Nostro Clemente Papa X., de consilio præfate Congregationis Sacrorum Rituum, signata fuit Commissio pro reassumptione Causæ in statu & terminis, cum facultate in primis, & ante omnia conficiendi Processum particularem super paritione Decretis Urbani Papæ VIII. de non cultu editis, seu super casu ab eisdem excepto: & consequenter ab Episcopo Oxomensi, vigore Litterarum a prædicta Congregatione ipsi directarum, confectus fuit hujusmodi Processus, ac sententia ritè prolata super Cultu eidem Beato Viro a centenariò tempore, & ultra, publicè exhibitò, ac proinde de casu a præfatis Urbani VIII. Decretis excepto: Quam porrò sententiam prædicta Congregatione Sacrorum Rituum revisam, & approbatam, sanctæ memoriæ Prædecessor pariter Noster Innocentius Papa XI. Apostolica auctoritate confirmavit, & roboravit, Decreto edito die xvii. Augusti anni MDCLXXXIII.

Itaque non solum ipsius Beati PETRI cultus impensioribus Fidelium studiis per totam Hispaniam aliasque Regiones frequentari cepit, verum etiam subsequitis Apostolicæ Sedis Indultis magnopere auctus fuit: Concessâ primùm in ipsius honorem

Virtutum, &
Miraculorum
approbatio.

Approbatio
cultus.

Ejusdem cul-
tus amplifi-
catio.

ANNO
1746.

Officii Divini, ac Missarum celebratione per Ordinem Fratrum Minorum de Observantia, & per aliquas Hispaniarum Dioceses: Mox extenso per gradus hujusmodi Indulto ad universam Franciscanorum Familiam, & ad omnes Hispaniarum Civitates, atque Dioceses, cum Oratione etiam, & Lectionibus propriis, ab eadem Congregatione Sacrorum Rituum examinatis, & approbatis: Demum permissa ab eodem Innocentio Translatione Corporis ipsius B. PETRI ad novum, atque splendidius Sacellum, piorum sumptibus in ipsius honorem excitatum.

Judicium super novis Miraculis institutum.

Quoniam verò, juxta Apostolicarum sanctionum Decreta, ad solemnem Beati Canonizationem minime procedi poterat, nisi demonstratum fuisset, nova, post indultam venerationem, miracula supervenisse: idè quum delatum fuerit ad fel. record. Prædecessorem Nostrum Benedictum Papam XIII. nonnulla Miracula ab Omnipotenti Deo ad invocationem ejusdem Beati PETRI recens patrata fuisse, placuit ipsi Apostolica auctoritate necessarias facultates delegare Episcopis Oxomeni, & Palentino, ut juxta instructiones iis transmittendas, super hujusmodi assertis Miraculis Testes examinarent, aliasque legitimas probationes colligerent. Hinc delatis ad Urbem Processibus ab iis confectis, eorumque validitate, nec non examinis formâ, in Congregatione Sacrorum Rituum recognita, & juxta ipsius Congregationis consilium, a fel. pariter record. Clemente Papa XII. Decessore Nostrò approbatâ; mox etiam alio Processu ejusdem Clementis auctoritate constructo super novissimo Miraculo, ut ferebatur, in Diocesi Palentina edito, cujus pariter Processus validitas approbata fuit: De hujusmodi Miraculorum relevantia, secundum collectas probationes, a Dilecto Filio Magistro Ludovico de Valentibus Promotore Fidei diligenter excusatas, actum primò fuit inter præfata Congregationis Consultores coram Dilecto Filio Nostrò Antonio Xaverio Tituli S. Stephani in Monte Caelio Presbytero S. R. E. Cardinali Gentili nuncupato, hujus Cause Ponente a Nobis deputato. Deinde, novis animadversionibus ab eodem Fidei Promotore exaratis, iterum iidem Consultores coram universis Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus præfata Sacrorum Rituum Congregationi præpositis, in Quirinali Palatio Nostrò congregatis, sententias suas dixerunt: Atque ita demum Causa plenè discussa, & per novissimas prædicti Promotoris animadversiones accuratissimè cribrata, ad Nostrum judicium delata fuit. Nos verò, omnibus gestorum probationibus examinatis, & tam facti, & juris allegationibus, quàm Peritorum judiciis, & consultationibus prælectis; auditis etiam oretenus tum Cause Postulatoribus, & Patronis, tum etiam præfato Promotore Fidei; Congregationem generalem prædictorum omnium tam Cardinalium, quàm Consultorum die secunda Junii Anni MDCCXLIV. coram Nobis coëgimus.

Et quamvis ex tam exquisita rerum omnium discussione, & Consultorum suffragiis, quæ Nobis antea in scriptis oblata perpendimus, quin etiam in Summarium redacta eidem Cardinalium Congregationi per Nosmetipsos exposuimus, ac denique ex consiliis prædictorum Venerabilium Fratrum Nostrorum in eadem Congregatione a Nobis auditis, jam satis omnia videri potuissent clarissima in luce collocata: Nihilominus, ut uberiores Cœlestis luminis gratiam perseveranti oratione impetrare mereremur, Nostram adhuc sententiam proferre distulimus, usque ad diem Festum S. Bonaventuræ ejusdem Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci; quod die, celebrata Missa in Ecclesia S. Mariæ Araceli nuncupata, solemnè Decreto edito, duo

infra-scripta Miracula ipsius B. PETRI intercessione a Deo obtenta approbavimus, & publicavimus.

Primum est de Cæco illuminato; Didaco nimirum Sacerdote, cognomento Plasentia, qui cum epileptico paroxismo correptus in domesticum focum prunis ardentibus refertum corruisset, eoque casu plenam ferventis aquæ ollam subvertisset, ustulata facie, crematis palpebris, & oculorum acie labefactata, omnem videndi facultatem penitus amisit, nec eam quatuor circiter mensium spatio, pluribus etiam remediis adhibitis, ulla in parte recuperavit. Verùm quod neque a natura, neque a Medicorum arte obtinere jam amplius sperabat, id ei ab Omnipotenti Deo mirabiliter concessum fuit per merita B. PETRI REGALATI, cujus Cucullum oculis suis admoventi curavit; dum ad illius Reliquiæ contactum, illicò perfectissimum oculorum usum recepit, quem ad mortem usque haud imminutum retinuit.

Alterum recentius Miraculum experta fuit Birgitta Ortega in sanatione horridi ulceris, quod ipsi ex prævio tumore, & interclusa sanie, in sinistra lumborum regione obortum, cum integumenta omnia, quibus renes continebantur, & duas quoque costas maligna corruptione depascendo absumpserat, contracto demùm callo, & acerbissimis doloribus cum febris accedentibus, jam propè erat, ut ipsam Mulieris vitam præcideret. Cum tamen illa ad BEATI sepulchrum adduci se postulasset, ibique ipsius opem apud Deum cum lacrymis implorasset, iter ingressa, ut domum rediret, sensit se repente sanatam, atque ulceris locum inspiciens, invenit amplissimam fistulam coaluisse, & cicatrice inducta, nullas alias morbi reliquias jam superesse: Quin etiam auditis sibi corporis viribus, optima deinceps usa est valetudine, dum vita fuit.

His itaque duobus Miraculis cognitis, & approbatis, illud definiendum supererat, an res eò adducta videretur, ut ad solemnem Beati Canonizationem tutò procedi posset: Qua in re quum jam pridem dabiturum fuisset, an obstaret Decretum a Nobis editum die xxiii. Aprilis Anni MDCCXXI., quo scilicet, inter alia, statuimus, in Causis Servorum Dei per viam Cultus immemorabilis, sive Indulti procedentibus, & in quibus virtutes ex Testibus dumtaxat de auditu, sive ex coævorum Scriptorum testimoniis probata fuissent, quum post approbationem Cultus immemorabilis, ad solemnem Canonizationem transitus fieri vellet, non duo solum, sed olim obtinuerat, sed quatuor in posterum Miracula ritè probari debere: Hujusmodi dubitatio a Nobis sublata fuerat per aliud Decretum die secunda Augusti ejusdem anni prolatum, quo declaravimus, hanc Causam ab ea lege exceptam esse, & censeri debere; ob eam nimirum justissimam rationem, quod quum jam usque a temporibus Urbani, Papæ VIII., ut supra diximus, unâ cum heroicis B. PETRI virtutibus, quatuor simul Miracula approbata fuerint, jure dici poterat prædicto generali Decreto Nostrò antecederent paritum fuisse, proindeque ad ipsius Beati Canonizationem, non quatuor, sed duo tantum Miracula approbanda superesse. Itaque prædicta questione proposita in Congregatione generali Sacrorum Rituum coram Nobis habita die xxii. Septembris Anni MDCCXLIV., unanimis omnium sensus fuit, ut ad solemnem B. PETRI Canonizationem servatis servandis quocumque procedi posset: Nosque ipsi deinde solemne Decretum in eandem sententiam edidimus die vi. Octobris ejusdem anni.

Cumque Charissimi in Christo Filii Nostrî Philippus V., & Elisabetha Conjug, Hispaniarum Reges Catholici, cum reliquis ipsorum Regiæ Familiæ Principibus, oblatas jam

Miracula pro Canonizatione approbata.

De tuto progressu ad Canonizationem.

Consistorium
Secretum.

pridem a Prædecessoribus suis Apostolica Sedi preces & postulationes pro hujus Beati Viri Canonizatione omni studio fovent, accederentque in eum finem complurium Venerabilium Fratrum Hispaniæ Antistitum, totiusque religiosissimi Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci vota, & obsecrationes; Nos, ut in hoc gravissimo negotio juxta præscriptam servatamque a Prædecessoribus nostris agendi normam procederemus, univèrsi primum Collegii Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium in Consistorio secreto vi. Idus Aprilis coram Nobis congregatorum sententiam, atque consilium exquisivimus. Quibus, post auditam a Nobis gestorum seriem, & Beati Viri præclara merita, ad legitimam Causæ hujus absolutionem unanimi voce Nos adhortantibus; non viciniore modò, sed etiam remotiore per Italiam Episcopos, & Archiepiscopos moneri curavimus, ut circiter Kalendas Junias, quibus commodum esset, ad urbem sese conferrent; quò, & instantem Natalem diem Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, veteri more, nobiscum una celebrarent, & Nobis de sepediti B. PETRI REGALATI, nec non BB. Fidelis a Sigmaringa Martyris, Camilli de Lellis, & Josephi a Leonilla Confessorum, & Catharinæ de Ricciis Virginis, solemnem Canonizatione deliberantibus, consiliorum suorum suffragia, prout Spiritus Sanctus ipsis suggestisset, exponerent.

Consistorium
Publicum.

Ut autem præclaræ ipsius B. PETRI virtutes, ejusque insignia Miracula, nec non adhibita cautiones in totius Causæ discussione, neminem laterent, indicto prius coram Nobis plenario consessu omnium Ecclesiasticorum Ordinum, & Collegiorum, ac Magistratum Romanæ Curiæ, mandavimus a Dilecto Filio Josepho Ascevolino nostræ Consistorialis Aulae Advocato de præmissis omnibus verba fieri; mox etiam exactam eorundem narrationem ex authenticis documentis religiosè collectam, ac Typis impressam, omnibus suffragium laturis exhiberi curavimus. Demum convocatos in Consistorio semipublico die XI. currentis Junii univèrsos Venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales, nec non Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, qui jam frequentes undique in Urbem convenerant, conceptis verbis requisivimus, an ad ipsius B. PETRI Canonizationem deveniendum Nobis esse censerent. Ipsi verò summo animorum consensu, gravibusque rationibus, omnes in affirmativam Sententiam ire comperti sunt. Qua de re a Dilectis Filiis Apostolicæ Sedis Notariis ibi præsentibus publica Instrumenta confici, ac præter ea suffragiorum ipsorum exempla a singulis prædictis subscripta in Tabularium Ecclesiæ Romanæ inferri mandavimus.

Cardinalium, & Episcoporum
suffragia in
Consistorio
semipublico.

Nos autem priusquam de summa rei definiendo pronunciarem, ut, quid placitum esset coram Deo, ab ipso Patre luminum edoceri mereremur; indictis per Urbem jejuniis, designatisque Ecclesiis, cum Indulgentia ab iis consequenda, qui Nobiscum Cœlestem opem implorarent, orationibus, & obsecrationibus instare non prætermisimus; donec hac die coruscante Sanctorum Apostolorum Petri Pauli & Natalicio dicatâ, magnam venerandâ solemnitate lætitiâ, novo Ecclesiæ gaudio, per definitivâ hujusmodi Sententiæ prolationem, cumulare decrevimus. Quare, præcunctibus supplicationis generalis ritu, omnibus primùm Cleri Regularis Ordinibus, tum Ecclesiarum Collegiarum, & Basilicarum, etiam Patriarchalium, Cleris atque Capitulis, nec non præfatæ Congregationis Sacrorum Rituum Consultoribus, Nos ipsi demum cum Dilectis Filiis Aulae Nostre Officialibus, & Familiaribus, cum Schola Cantorum, cunctisque Romanæ Curie Prælatorum Collegiis, Presbyteris quoque Pœnitentiariis Sacerdotali veste indutis, denique cum Venerabilibus Fratribus Episcopis, Archi-

Solemnia
Canonizationis.

episcopis, & Patriarchis, qui ad octoginta fere adfuerunt, univèrsoque Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Collegio, ex Apostolicis Ædibus procedentes, frequenti Procerum, & Magistratum numero stipati, & subsequentibus Apostolicæ Sedis Notariis, ac Regularium Ordinum Generalibus Superioribus, ad Basilicam Beatissimi Apostolorum Principis in Vaticano, Cœlestis Sponsæ ornatu fulgentem, Nos læti contulimus; quo Nos vocabat, & ipsa memorabilis diei festivitas, & antiquissima Prædecessorum Nostrorum consuetudo, quibus solemne fuit præclaros hujuscemodi Sanctorum triumphos non alibi, quam apud memoriam ejusdem Beati Petri Apostoli, celebrare.

Instantia.

Ibi quum Dilectus Filius Noster Joachimus Tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum Presbyter Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Portocarrero nuncupatus, pororante Dilecto Filio Virgilio Montecatino Nostre Consistorialis Aulae Advocato, enixas, quas supra innumus, supremorum Principum, Ecclesiarum, & Ordinum preces, atque postulationes, pro BEATI PETRI REGALATI, aliasque pro Beatorum Fidelis, Camilli, Joseph, & Catharinæ Canonizatione Nobis instanter representasset; Nos quidem ad gravissimi Judicii definitionem, absque iterata Cœlestis auxilii invocatione, procedere non audentes, decantatis cum Venerabili Confacerdotum cœtu, & devotissimo Populo Sanctorum Litanis, Deum Optimum Maximum per omnium electorum suorum merita precati sumus, ut Sedium suarum assiducè sapientiam in cor nostrum immittere dignaretur. Cumque adhuc instantius pro exoptatâ Sententiæ prolatione ab eodem Cardinali Promotore urgeremur: Nos iterum in genua provoluti, Parachitum Spiritum Sanctum Hymno, & Oratione solemnem rogavimus, ut lucis suæ radium emittens, mentis nostræ tenebras discuteret, & trepidantem adhuc fragilitatem nostram virtutis suæ robore confirmaret. Denique ad reiteratas, & instantissimas præmissorum obsecrationes, quin potius ad manifesta univèrse Catholice Ecclesiæ vota, ad maturas deliberationes ritè præhabitas, & declaratum jampridem Ecclesiastici Senatus consilium respicientes, eaque auctoritate suffulti, quam Dominus Noster Jesus Christus Beatissimis Apostolis Petro, & Paulo, Nobisque, licet immerentibus, tribuit, in honorem Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, Fidei Catholice exaltationem, & Christianæ Religionis augmentum, definitivo pronuntiato Decreto, prædictum PETRUM REGALATUM Ordinis Minorum Sancti Francisci Sacerdotem expressè Professum, Regularis disciplinæ adfertorem, & vindicem, Christianarum virtutum præstantia, & Miraculorum gloria fulgentem, unâ cum supradictis Fidelis, Camillo, Joseph, & Catharina, Sanctum esse declaravimus, & Sanctorum Catalogo adscripsimus; stamentos ipsius Petri memoriam inter Sanctos Confessores non Pontifices ab Ecclesiâ univèrsali quotannis die XIII. Maji pia devotione recolere debere; in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Decretum.

Mox decantato pro debita gratiarum actione consueto Laudis, & Confessionis Hymno, Nostrique & Ecclesiæ præcibus prædictorum Sanctorum interventioni commendatis, ad Aram Basilicæ Maximam supra Sacratissimam Confessionem Beati Petri Apostoli, incruentam Salutis Nostre Hostiam oblati, reverenter accessimus. Porro post Evangelicam Lectionem a Diaconis utrâque lingua recitatam, continere labia Nostra non potuimus, quin in tam justâ sanctâque lætitiâ, Sacerdotalibus vocibus, ex abundantia gaudii Nostri erumpentibus, splendidissimam alloqueremur Venerabilium Fratrum, Dilectorumque Filiorum Coronam: ut

quos

1746.

1746.

quos devota Religio, & Apostolica Sedis reverentia, non ex Urbe modo, aut ex finitimis locis, sed ex longinquis etiam, & ultramarinis Regionibus, ad Sepulchra Apostolorum frequenter attraxerat, antiquis Beatorum Principum virtutibus letantes, & recenti Sanctorum triumpho plaudentes, ad eorum virtutes pro viribus imitandas, ad eorumdem Patrocinia studiosè demerenda, atque in presentibus potissimum calamitatibus, quibus Ecclesia Dei jamdiu conflatur, enixè imploranda, Paterno affectu, & sermone accenderemus. Denique, concessa omnibus adstantibus plenaria peccatorum Indulgentia, his verò, qui singulis annis, prædicta die XIII. Maji, ejusdem SANCTI PETRI REGALATI exuvias, aliisque statutis diebus aliorum Sanctorum prædictorum Sepulchra devotè visitaverint, septem annis, & totidem Quadragenis de injunctis eis, seu aliis debitis penitentiis, auctoritate prædicta in perpetuum relaxatis: Omnipotenti Deo vota nostra reddentes, Sacrosancta Mysteria, pro totius Mundi salute, pro Ecclesie pace, pro sancta Plebis incolumitate, solemni ritu peregrinus.

Indulgentia.

Literæ decernuntur.

Quoniam verò post prolatam a Nobis, ut præferatur, hujusmodi Canonizationis, & Adscriptiois Sententiam, ab eodem Cardinali Promotore Nobis humiliter supplicatum fuit, ut super præmissis omnibus Apostolicas Litteras perpetuò valituras decerneret, atque edere digneremur; idèd Nos justissima petitioni annuentes, presentium Litterarum tenore, atque ex certa scientia, & Apostolica auctoritate Nostræ plenitudine, omnia & singula prædicta confirmamus, roboramus, atque iterum statuimus, decernimus, universæque Catholica Ecclesia denunciamus: Mandantes, ut earundem presentium transumptis, sive exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem pro suis fides ab omnibus habeatur, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Eorumque exemplis fides tribuitur.

Sanctio.

Si quis verò paginam hanc Nostræ Definitionis, Decreti, Adscriptiois, Mandati, Statuti, Relaxationis, & Voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Dat. Pontificatus Anno VI. die 29. Junii 1746.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLVI., III. Kalendarum Julii, Pontificatus Nostræ Anno VI.

† Ego Benedictus Catholica Ecclesie Episcopus.



† Ego T. Episcopus Ostien. & Veliternen. Card. Rufus Decanus, & S. R. E. Vice-Cancellarius.

† Ego A. Episcopus Portuensis Cardinalis S. Clementis S. R. E. Camerarius.

† Ego V. Episcopus Prænestinus Card. Petra, Major Penitentiarius.

† Ego P. A. Episcopus Albanen. Card. Carafa.

† Ego V. Episcopus Sabinen. Card. Bichius.

† Ego Nicolaus Maria Tit. S. Petri ad Vincula Presbyter Card. Lercari.

† Ego F. Tit. S. Mariae Transyberim Presbyter Card. Burgbesius.

† Ego A. Tit. S. Stephani in Monte Celio Presbyter Card. Gentili.

† Ego Fr. J. A. Tit. SS. Sylvestri & Martini Presbyter Card. Guadagni.

† Ego T. Tit. S. Ceciliae Presbyter Card. de Aquaviva.

† Ego D. Tit. Basilicae SS. Duodecim Apostolorum Presbyter Card. Rivera.

† Ego J. B. Tit. S. Mariae Angelorum Presbyter Card. Spinula.

† Ego R. Tit. S. Sabinae Presbyter Card. de Ilcio.

† Ego D. Tit. S. Bernardi ad Thermas Presbyter Card. Passionens.

† Ego S. Tit. S. Priscæ Presbyter Card. Valenti.

† Ego J. F. Tituli SS. Quatuor Coronatorum Presbyter Card. Portocarrero.

† Ego G. Tit. SS. Joannis & Pauli Presbyter Card. Paulinus.

† Ego C. A. Tit. S. Mariae de Pace Presbyter Card. Cavalchinus.

† Ego F. Tit. S. Mariae de Populo Presbyter Card. de Ricciis.

† Ego A. Tit. S. Sylvestri in Capite Presbyter Card. Rufus.

† Ego P. M. Tit. S. Agnetis extra muros Presbyter Card. de Montibus.

† Ego F. Tituli S. Matthæi in Merulana Presbyter Card. Tamburrini.

† Ego D. J. Tit. S. Crucis in Hierusalem Presbyter Card. Besotius.

† Ego Carolus S. Mariae in Via lata Diaconus Card. de Marinis.

† Ego Alexander S. Mariae ad Martyres Diaconus Card. Albanus.

† Ego Nerius S. Eustachii Diaconus Card. Corsinus.

† Ego Agabitus S. Agathæ Diaconus Cardinalis Mosca.

- † Ego C. S. Mariæ in Porticu Diaconus Card. Scripantes.
- † Ego M. SS. Cosmæ & Damiani Diaconus Card. Bolognetus.
- † Ego H. S. Angeli in Foro Piscium Diaconus Card. Columna.
- † Ego P. S. Georgii in Velabro Diaconus Card. Columna.
- † Ego A. S. Mariæ in Aquiro Diaconus Card. Tanari.
- † Ego H. S. Adriani Diaconus Cardinalis Bardi.
- † Ego D. SS. Viti & Modesti Diaconus Card. Ursinus.

D. Card. Passioneus.
J. Datarius.
VISA DE CURIA.
I. C. Boschi.
J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.
Registrata in Secretaria Brevium.

XIII. Canonizatio BEATI JOSEPHI A LEONISSA
Sacerdotis Professi Ordinis Minorum
Sancti Francisci Cappuccinorum.

BENEDICTUS EPISCOPUS,
Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei
memoriam.

Exordium.

HUMANI generis Redemptor, Dei Filius, Sapientia Patris, ita mentes hominum, disjecta veteri, qua operiebantur, caligine, novo doctrinæ Cœlestis splendore illustravit, ut simul ad ejus lumen ductumque sequendum, maximis & pretiosis promissis languentia corda erexerit & excitaverit. Ita porro dum nos edocuit, abjecta de perituris divitiis sollicitudine, Theaurum non deficientem in Cœlo nobis parere, in eoque cogitationes & corda nostra defigere; simul etiam certissimam hujusmodi Theauri adipiscendi spem nobis ostendit, in Dei & Patris nostri benignitate fundatam, cui placuit, humilitati nostræ Regnum æternum disponere & destinare. Quod si terreni Regni, quantumvis caduci, fastigium, vilioribus mercibus, aut parvo agello, luteisve casis, & nemo non anteferet; si momentaneam oblectationis voluptatem nemo præ Imperii gloria, amplissimæque dominatione, non aspernaretur; quis erit profectò, qui mundanas, quantivis pretii, opes, potentiam, honores, comparare audeat cum ineffabili Cœlestis Regni beatitudine, quam Christus Dominus pusillo Electorum suorum gregi promisit? Cujus gloria non in opinione hominum, sed in Divinæ Gloriæ communione sita est; in qua bonum, quod possidetur, desideriorum mensuram excedit; ubi denique in visione ac fruitione Dei, atque in beata Sanctorum societate, plena est felicitas, perpetua jucunditas, & secunda tranquillitas.

Ad hanc Cœlestis Regni promissionem advigilans, hunc veræ felicitatis fontem sitiens BEATUS JOSEPH A LEONISSA, Religiosum Institutum Fratrum Minorum Sancti Francisci, quos Cappuccinos appellant, plena voluntate, & constanti devotione professus, desertam a vitiis, inviam adversariis potestatibus, & aridam a deliciis secularibus terram incolere statuit, ut tandem in sancto apparere Deo mereretur, atque ad illius Beatitudinis & Gloriæ consortium feliciter pervenire. Quam sanè præclaram mercedem ipsius sanctæ conversationis, diuturnæ poenitentiae, strenuorumque laborum, quos pro Dei honore & proximorum salute ad mortem usque toleravit, eidem Beato Viro in Cœlesti Patri a Deo retributam fuisse, eumque propterea inter Sanctos Confessores cum Christo regnantes ab Ecclesia

universa colendum & venerandum esse inspectis heroicis ipsius virtutibus, necnon miraculis ejus intercessione a Deo editis, apud Nos & Apostolicam Sedem ritè probatis, cum consilio & assensu Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, & Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Romana Curia congregatorum, deque attributa Nobis potestatis plenitudine, nuper definiendo pronuntiavimus, ac præsentium Literarum tenore edicimus, statuimus, atque decernimus.

Leonisæ Aprutii Oppido, ex Joanne de Desideriis & Francisca de Paulinis, in Spoletana Diœcesi, anno MDLVI. natus est JOSEPH, in Baptismate Euphranius dictus, & primò quidem apud Parentes piè ac liberaliter educatus fuit; postea verò iis defunctis, Viterbii, ubi Patruus publicè docebat, adolescentiæ ætatem castè integrèque transegit. Cum autem soli Deo perseveranter adherere statuisset, oblatas sibi a Patruo honestissimas nuptias, perpetuo virginitatis proposito se obstringens, constanti animo recusavit; seque tandem ab omnibus mundi periculis, insidiis, fallaciis, terroribus, in perfectam Filiorum Dei libertatem vindicaturus, ad Religiosa Cappuccinorum Claustra apud Assisium confugit, ubi, frustra obnitentibus consanguineis, & minas etiam adhibentibus, quo eum a sancto proposito avocarent, arctiorem Sancti Francisci Regulam professus est.

Quo autem mentis ardore suave Christi jugum JOSEPH amplexus esset, facilè apparuit ex incredibili studio, quo & statim ad capebendum virtutum omnium culmen totus incubuit, & nunquam deinceps a suscepto perfectionis cursu deflexit. Religiosæ paupertatis & spiritus & reipsum eximius cultor, in summa rerum inopia, in qua hujusmodi Instituti sectatores vitam degunt, complura invenit, quæ suis usibus voluntariè detraheret.

Mitis animo & humilis corde, se totum, suasque actiones & voluntates, arbitrio Superiorum, quorum mandata aperto capite, & flexis genibus excipere solebat, penitus permisit; ut quum sine eorum jussu cuicumque rei ineptum se esse duceret, eorum accedente nutu, difficilia quæque aggredi non dubitaret: Quum verò nihil de se suisque viribus præsumeret, & ne suas quidem preces apud Deum quidquam valere putaret, aliorum orationibus assidue se commendabat: Denique in vilissimis quibusque exercendis ministeriis, in ferendis contemptibus & ludibriis lætus & alacer, tunc solum tristari videbatur, quum aut munus honorificum suscipere cogeretur, aut meritæ ipsius virtuti laudes tribuerentur.

At verò seipsum, pro abjecta, quam de se fovebat, opinione, sic asperè duriterque tractabat, ut difficile sit alium reperire, qui novissimis hinc sæculis poenitentia ac mortificationis magis addictus fuerit. Quum etenim perpetuum ferè jejunium sibi indixisset, non alio plerumque pane, quam duro ac mucido, non alio obsonio, quam putridis ac semiustis leguminibus, aut crudis oleribus, non alio potu, quam corruptis aquis, aut vino cineribus conferto vitam sustentabat; & nihilominus crucifigenda carnis suæ cupidior in dies, inusitatis flagellorum generibus suas in se ipsum manus armabat, quibus corpus suum acerrimè dilaniaret; & quia non semper id ipsi licitum erat, horrida cilicia, ferreas catenas, ferreos circulos, ferream loriam, ad continuum sui cruciatum adhibebat; Et tamen hilari fronte, ac lato vultu Apostolicæ prædicationis ministerium idimplens, tanto spiritus fervore afflicta membra regebat, ut nec aestus, nec frigora, nec soles, nec imbres, nec famem, nec sitim, neque labores sentire videretur; dummodo aliquod faceret animarum lucrum, ac Dei cultum & gloriam propagaret.

S. JOSEPHI
ortus & ini-
tia.

JOSEPHI pau-
per spiritu.

Mitis & hu-
milis.

Poeniten-
tiæ deditus.

Justi-

1746.

Justitiæ cupidus & Divini cultus amplificator.

Justitiam enim esuriens & sitiens, nec de propria solum perfectione sollicitus, sed ad aliorum quoque salutem procurandam ardentissimo studio intentus, quum prædicandi & evangelizandi munus ex odebentia gereret, incredibili labore ac zelo, nec minore animarum fructu, toto vitæ suæ cursu illud obivit. Frequens illi erat uno eodemque die pluries diversis populis, diversis argumentis, diversis in locis sacras conciones habere: nec tamen ideo restinctâ ardoris sui flammâ, gaudebat privatis exhortationibus homines a vitiis avocare, ad virtutem inflammare, pueros & rudes Fidei elementis, Christianâque doctrinâ imbueret. Quin etiam ad Infidelium terras, ad ipsam Mahumetanâ impietatis arcem quum accessisset, non modo Fidelibus in Babylonis captivitate degentibus opportuna attulit conservandâ Religionî prædica, sed plures Infideles ad Christianâ veritatis lucem quum adduxisset, exterminandâ impietatis cupidissimus, non dubitavit ipsum Imperii Tyrannum in Palatii sui penetralibus intrepida charitate adoriri, ut ei Evangelium Christi annuntiaret. Quod sanè magnanimum facinus, quum inscrutabili Dei iudicio in irritum cessisset, regressus JOSEPH in Italiam, reliquum vitæ spatium in Dominicâ Vineâ cultura, per Aprutii potissimum, & Umbriæ Provincias impendit.

Misericors in proximis.

In eas porro geminum Doctrinæ & Misericordiæ suæ thesaurum effudit; & sicuti, impostum sibi Apostolicum Ministerium adimplens, pro æterna animarum salute utilissimè semper adlaboravit; ita ad sublevandos omnes in hujus vitæ angustiis & afflictionibus constitutos, admirabilis charitatis opera indefinenter exercuit. Quos enim ad Cœlestis beatitudinis sedem veluti manuducere conabatur, eos in mundi hujus calamitatibus oppressos jacere, quantum in ipso erat, minimè pariebatur. Itaque parum est, quod pauperes omnes ad se confugientes, immò veriùs studiosissimè a se conquisitos, omni ratione juvabat, quod iis non solum mensæ reliquias, sed ipsum paratum sibi cibum, atque etiam labores manuum suarum largiebatur; quod ægrotos quoslibet inviseret, eosque piis hortationibus assiduè officii ac ministerii reficere nunquam prætermittebat; quod carceribus inclusos solari, pacere, atque iis, vel iudicum clementiam, vel creditorum benignitatem conciliare curabat: Sed extant ad hunc usque diem eximia ipsius charitatis perennia monumenta in publicis Hospitiis, pro infirmorum, aut peregrinorum perugio, in Montibus Pietatis pro pauperum subsidio, per earum Regionum Civitates & Oppida, ipso potissimum hortante, promovente, accurante, erectis, dotatis, instructis.

Orationi, ac divino-rum contemplationi deditus.

Cum autem in assiduis hujusmodi prædicationis & beneficentiæ operibus immensi essent ipsius labores, æquum profectò erat, ut congruam vicissim corpori animoque suo quietem & relaxationem non invideret. Hanc Joseph in religiosa Divinarum precum recitatione, ac potissimum in solitaria oratione, atque in rerum Cœlestium meditatione capiebat; quarum amore, integras sæpe noctes ante Crucifixi Domini sui effigiem insomnes ducebat; atque in ejus bonitatis sinu acquiescens; in immensa illius charitatis profundum se immergens, ipsi suam, ipsi Ecclesiæ causam, ipsi laborum suorum fructum impensè amanterque commendabat. Ad quem porro divinæ amicitia gradum JOSEPH evectus fuerit, tutò conjicere licet ex singularibus donis, quibus glorificavit eum Deus in conspectu hominum; ut nimirum secreta cordium introspiceret, absentia, tanquam videns enunciaret, futura prædiceret, naturæ atque elementis mirabiliter imperaret. Quis autem valeat enarrare beatas illas communicationes ac spirituales

delicias, quibus Omnipotens Deus fidelem Servum suum cumulare solebat? Satis hæc manifestè apparebant ex frequentibus aspirationibus, affectibusque ardentissimis, quibus, in mediis etiam ministerii sui occupationibus, prægustatæ suavitatis memor, totus in Deum ferebatur; satis intimam illius animæ unionem cum Deo testabatur imperturbabilis illa pax, quam secum & cum proximo in omni rerum vicissitudine constantè servabat;

Pacificus

Hanc pacem, quam Salvator Noster, sua morte nobis acquisitam, exemplis præceptisque suis commendatam, veluti paternam hæreditatem discipulis suis reliquit, hanc JOSEPH in omnium Fidelium cordibus sedulo plantare curavit, in eaque potissimum evangelizandâ prosperos atque mirabiles successus obtinuit. Ardebant eo sæculo inter finitimas prædictarum Regionum Civitates inimicitia, inter Familias discordia & similitates, inter plerosque Cives disensiones & odia; indeque tumultus & rixæ, frequentesque cædes & homicidia, cum populorum excidio, Deique offensâ, in dies oriebantur. Hanc ergo veluti furentium leonum silvam ingressus JOSEPH, succinctus pectora balthæo charitatis, & calceatus pedes in præparatione Evangelii pacis, fidei scutum, galeamque salutis assumens, & gladio spiritus, quod est Verbum Dei, instructus; tumentes undique iras compressit, odia restinxit, atque efferata dudum corda Christianæ pacis suavitate demulset; ut nova prorsus Regionis facies, novi populorum mores brevi tempore apparuerint; ipsi verò tanquam restitutori pacis, & fundatori publicæ quietis, maxima apud homines parta gloria, majus autem præmium, pacificis a Deo promissum, in Cœlis assertum fuerit.

Adversa patitur propter fidem, & justitiam.

Verum quo majorem adipiscendi Cœlorum Regni securitatem Servo suo faceret Deus, permittit eum in tentationes varias incidere; gravissimasque persecutiones pro justitia perpeti; ut ipsius virtus per tribulationum ignem probata inveniretur in laudem & gloriam in die Domini Nostri Jesu Christi. Nam præter immane supplicium, eidem Constantinopoli ab Infidelibus irrogatum, quum intra Palatii septa deprehensum, quò ad annunciandum Christi fidem penetraverat, sublimi è trabe ferreis uncis suspenderent, atque igne fumoque supposito pene suffocarunt; innumeras etiam ab improbis Christianis injurias atque molestias sæpe sustinuit, dum pro suscepto sanctæ prædicationis officio, hominum vitia viriliter oppugnans, atque ita pernicium offensorem incurrens, verberibus sæpe, & colaphis, & contumeliis impetitus, aliquando etiam in vitæ discrimen adductus fuit. Quæ tamen omnia, quum nec ipsius mansuetudinem neque constantiam loco demovere valuerint, totidem JOSEPH gradus facta sunt ad cœlestem triumphum, quem ipsi tandem a iusto Judice tributum fuisse non est dubitandum.

Ipsius sancta mors, miraculis illustrata.

Id enim evincit ipsius pretiosa mors, quam apud oppidum Amatricis Reatinæ Diocesis, post diurnam infirmitatem in pietatis, & patientiæ exercitationibus transactam, anno ætatis suæ quinquagesimo septimo, ab Incarnatione Domini MDCXII, placidè obiit in osculo Domini; & manifestè ostendunt illustra signa atque miracula, quæ ab Omnipotenti Deo, tum sæpe JOSEPHO vivente, tum etiam in ipsa ejus morte, & post illam, edita fuerunt; inter quæ id sanè mirabile fuit, quod defuncti corpus assidua maceratione, ac morbi vi antea squallidum, inusitatâ coloris & speciei venustate repente florere, & suavissimum odorem exhalare cepit; intima verò ipsius viscera, medico cultro dissecta, nulla imbuta fœce, sed lacteo quodam humore tota redundare reperta sunt. Innumeras

verò gratias, ad JOSEPHI invocationem a Deo se obtinuisse testati sunt Fideles, qui ad ipsius finis undique frequentes convenerunt, propter conceptam de ipsius sanctitate opinionem; quæ etiam impellente, JOSEPHI Cives, post aliquot annos, pium illud facinus audacter perpetrarunt, ut nocte quadam, occasione data, ad Amatricis oppidum accedentes, venerandum ipsius corpus asportarent, & Leonissam deferrent; firma spe ducti, magnum sibi adversus ingruentes calamitates in illius possessione, ac Servi Dei patrocinio præsidium fore.

Series actuum in causa ipsius Beatificationis.

Cumque ad legitimum instruendum judicium de ipsius Beatificatione & Canonizatione, nihil decisset eorum, quæ per Sacrorum Canonum & Constitutionum Apostolicarum Decreta requiruntur; nonnulli primum Processus a Locorum Ordinariis constructi, mox etiam alii Apostolica Auctoritate confecti fuerunt; ex quibus desumptæ sunt tum Virtutum Theologicalium & Cardinalium, iisque adnexarum, quæ in JOSEPHO emicuerunt, tum etiam Miraculorum, ejus intercessione a Deo editorum, plenissimæ probationes; quibus per Dilectos Filios Consultores Congregationis Sacrorum Rituum, deinde per Ven. Fratres Nostros S. R. E. Cardinales eidem Congregationi præpositos, maturè & ex ordine discussis, sanctæ memoriæ Prædecessor Noster Clemens Papa XII. auditis eorum consiliis, die xv. Julii Anni MDCCXXXIV. definivit; *Constare de JOSEPHI Virtutibus in gradu heroico*; ac similiter triennio post, die nempe viii. Junii Anni MDCCXXXVII. de duobus Miraculis constare decrevit; nimirum de puero, qui a nativitate palpebras inter se adeo junctas habebat, ut lucis usura ipsi perpetuo interclusa judicaretur; implorata verò super eum JOSEPHI ope, oculos statim aperuit, perfectumque visionis sensum deinceps obtinuit: deque Josepho Novello, qui quum gravissimo vulnere in genu fauciatum fuisset, invocato Servi Dei nomine momento temporis sanatus fuit. Et consequenter, de ipsius pariter Congregationis consilio, idem Prædecessor ad publicum cultum JOSEPHO indulgendum progressus est: Qua de re expeditis Apostolicis Litteris die XIX. ejusdem mensis & anni, ejus Beatificationis Solemnia in Basilica Lateranensi celebrata fuerunt, aliæque religiosi cultus obsequia, ad formam Indulgentiarum in iisdem Litteris contentorum, ipsius Beati Viri memoriæ summo Fidelium studio fuerunt exhibita.

Approbantur ipsius heroicæ virtutes.

Item miracula hic enunciat.

Beatificatio.

Causa reassumitur.

Nova miracula examinantur & approbantur.

Altero autem biennio vix elapso, quum eidem Clementi Prædecessori pro parte Ministri Generalis Ordinis Minorum S. Francisci Cappuccinorum, totius Religionis suæ nomine, expositum fuisset, ipsius Beati Viri Sanctitatem novis atque frequentibus Miraculis a Deo illustrari, communibusque Populorum Votis, atque etiam postulacionibus clar. mem. Caroli VI. Hispaniarum Catholici & Romanorum Regis in Imperatorem electi, nec non Carissimorum in Christo Filiorum Nostrorum Magnæ Britannia, Polonia, atque Sardinia Regum, aliorumque supremorum Principum & Magnatum, complurium præterea S. R. E. Cardinalium, Antistitum, Ecclesiarum, atque Universitatum, expeti, ut de solemnibus ejusdem Beati Canonizatione, juxta Ritum & praxim Sanctæ Romanæ Ecclesiæ tandem ageretur; placuit eidem Prædecessori, præfata Congregatione approbante, pro hujusmodi Causæ reassumptione Commissionem signare, & compilationem novorum Processuum, super indicatis Miraculis post indultam JOSEPHO venerationem sequentis, auctoritate Apostolica, nonnullis Episcopis de more delegare.

Quorum Processuum validitate approbata, Nobis jam Dei voluntate in Petri Cathedra sedentibus, sex potissimum Miracula in præfata Sacrorum Rituum Congregatione iteratis vicibus

ritè discussa fuerunt; de quibus, postquam Nos ipsi suffragia Consultorum perlegimus, & Cardinalium prædictorum consilia audivimus in Congregatione Generali coram Nobis habita die xxii. Septembris Anni MDCCXLV., nihil Nos quidem tunc pronunciamus, sed invocato sapius Divini luminis adjutorio, novisque diligentius jussu Nostro peractis, ut quædam tollerentur difficultates in animo Nostro suborta, dum interim privatis studiis rem totam ad summum judicii rigorem exigeremus, demum die prima Maji Anni MDCCXLV., in Feste Sacrorum Apostolorum Jacobi & Philippi, celebratâ Missa in Basilica Lateranensi, publico Decreto edito, infrascripta duo Miracula tertii generis omni ex parte probata esse declaravimus.

Miraculum I.

Primum est consolidatio crurium & femorum pueri Josephi Dionysii, qui inferiora hujusmodi membra adeo debilia & flaccida ab utero Matris attulerat, ut iis nullo modo corpus sustentare posset; quin immò quum eorum membrorum carnes, linteoli ritu, quaquaversum complicarentur, ossibus ea carere omnino putabantur: Hunc Mater biennio jam ætate nil proficientem, ad Aram adduxit, sub qua BEATI JOSEPHI corpus requiescit; cumque Omnipotentem Deum pro deplorata filii sanitate per ipsius Beati merita cum lacrymis exorasset, exaudita est oratio ejus, ita ut puerum inde pedibus suis incedentem domum rederit.

Miraculum II.

Alterum est sanatio Antonia Morellia, cui congesta tabes in sinistra thoracis regione interiora viscera adeo infererat, ut licet Chirurgi manu externus tumor hiatus apertus fuerit, atamen non ex eo solum, sed sæpe etiam ex ægrotantis ore, sanies mixta sanguine alternatim fluere perrexit; assiduusque dolor cum tussi, & febris, hæcicam Mulierem biennio toto afflictam detinuit; vulnus autem contracto callo, in fistulam degeneraverit, ex qua spiritus per respirationem pectore exceptus adeo liberè permeabat, ut aliquando candela flammam extingueret. In hoc desperato valetudinis statu, quum oleo ex lampade ante corpus BEATI JOSEPHI ardente fistulæ labia inuncta fuissent; unius noctis spatio fistula coaluit, abscessit febris, & dolor, tussis cessavit, color, viresque redierunt, atque integra, & perseverans valetudo Mulieri est restituta.

Decretum de tuo progressu ad Canonizationem.

His igitur probatis, quum in præfata Sacrorum Rituum Congregatione coram Nobis coacta die iii. Augusti ejusdem Anni MDCCXLV., proposita fuerit questio, an tuto procedi posset ad solemnem BEATI JOSEPHI Canonizationem, nemini dubium fuit, quin juxta praxim Apostolicæ Sedis, & Prædecessorum Nostrorum Decreta, omnia jam ad hujusmodi effectum abundè suppeterent; Nosque ipsi demum die xvii. ejusdem mensis & anni, in anniversario assumptionis Nostre, solemne Decretum edidimus de eadem Canonizatione, servatis servandis, quandocumque peragenda.

Consistorium secretum.

Pro cujus decreti executione quum prædictorum supremorum Principum, & Antistitum, ac Populorum vota, demissæque Ordinis prædicti Fratrum Minorum Cappuccinorum preces, Nos urgere non desisterent; Tandem communicato consilio cum universo Collegio Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium in Consistorio secreto die xviii. elapsi mensis Aprilis coram Nobis congregatorum eorumque assensu accepto; complures Ven. Fratres Archiepiscopos & Episcopos ex tota fermè Italia ad gravissimum consilium advocavimus; eorumque judicio totam hujus causæ seriem, atque omnia, quæ de virtutibus & miraculis BEATI JOSEPHI probata fuerant, tum oretenus in Consistorio publico coram Nobis habito, in quo Dilectus Filius Philippus Maria Pirollinus Aula Nostre Consistorialis Advocatus ipsius

Consistorium publicum.

† Ego F. Tit. S. Maria Transyberim Presbyter Card. Burghefius.

† Ego A. Tit. S. Stephani in Monte Caelio Presbyter Card. Gentili.

† Ego Fr. J. A. Tit. SS. Sylvestri & Martini Presbyter Card. Guadagni.

† Ego D. Tit. Basilica SS. Duodecim Apostolorum Presbyter Card. Rivera.

† Ego J. B. Tit. S. Maria Angelorum Presbyter Card. Spinola.

†

†

†

† Ego R. Tit. S. Sabine Presbyter Card. de Aicio.

†

†

† Ego D. Tit. S. Bernardi ad Thermas Presbyter Card. Passioneus.

† Ego S. Tit. S. Prisca Presbyter Card. Valenti.

†

† Ego J. F. Tituli SS. Quatuor Coronatorum Presbyter Card. Portocarrero.

†

†

† Ego C. A. Tit. S. Mariae de Pace Presbyter Card. Cavalchinus.

†

†

† Ego F. Tit. S. Pancratii Presbyter Card. Lames.

†

†

†

† Ego F. Tit. S. Mariae de Populo Presbyter Card. de Ricciis.

† Ego A. Tit. S. Sylvestri in Capite Presbyter Card. Rufus.

†

† Ego P. M. Tit. S. Agnetis extra muros Presbyter Card. de Montibus.

† Ego F. Tituli S. Matthaei in Merulana Presbyter Card. Tamburrini.

† Ego D. J. Tit. S. Crucis in Hierusalem Presbyter Card. Besotius.

†

†

†

†

†

†

†

†

† Ego Alexander S. Mariae ad Martyres Diaconus Card. Albanus.

† Ego Nerius S. Eustachii Diaconus Card. Corsinus.

† Ego Agathius S. Agathe Diaconus Cardinalis Mosca.

†

† Ego C. S. Mariae in Porticu Diaconus Card. Sacripantes.

† Ego M. SS. Cosmae & Damiani Diaconus Card. Bolognetus.

† Ego H. S. Angeli in Foro Piscium Diaconus Card. Columna.

† Ego P. S. Georgii in Velabro Diaconus Card. Columna.

† Ego A. S. Mariae in Aquiro Diaconus Card. Tanari.

† Ego H. S. Adriani Diaconus Cardinalis Bardi.

† Ego D. SS. Viti & Modesti Diaconus Card. Ursinus.

†

†

D. Card. Passioneus;

J. Darius.

VISA DE CURIA

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius;

Loco ✕ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Canonizatio BEATAE CATHARINAE DE RICCIIS
Florentinae Monialis Professae Or-
dinis Praedicatorum.

XV.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei
memoriam.

AD nuptiale convivium, quod Rex Caelestis
preparavit Filio suo, ad quod non cessat
ab origine mundi humanas animas invitare, do-
nec Electorum numerus impleatur, omnes quidem
virtutes, quibus electae Sponsae tanquam dotali
censu ditantur, ingressum atque aditum parant;
sed virginalis potissimum corporis animique pu-
ritas adeo faciles accessus praestare consuevit, ut
qui casti sunt corpore & spiritu, interdum,
etiam ante statutum sponfalium diem, ad ipsa
nuptialia gaudia introduci contingat, nimirum
talibus tantisque de Caelo favoribus, in hujus
vita exilio adhuc degentes, cumulari, ut jam
ferè ad perfectam cum Sponso unionem in ante-
cessum pervenisse videantur. Hoc est fortasse,
quod Nobis innunt prudentes illae Virgines, de
quibus in Evangelica Parabola legimus, quod,
licet ipsae tunc Sponsi thalamo destinatae non es-
sent, attamen, quum studio pervigiles, & cum
ornatis ardentibusque lampadibus, & vasis oleo
plenis, inventae fuerint, adveniente Sponso, in-
traverunt cum eo ad nuptias; ut scilicet, pro
earum captu, ineffabiles illas praegustarent deli-
cias, quibus felices demum animae, compotes
erunt, quum post expletam mortalis vitae pere-
grinationem, in Templum Regis, in Sanctuarium
Dei, cum laetitia & exultatione adducentur. Hoc
satis aperte declaravit ipse Dominus Jesus, qui
in diebus carnis suae, Discipulum illum Virgini-
tatis candore praestantem, pro caeteris omnibus,
quos amicos suos appellavit, singularibus chari-
tatis significationibus est prosequutus; eidemque
postea secreta caelestia revelavit. Hoc saepe de-
inceps in pluribus Sanctis utriusque sexus Virgi-
nibus demonstravit. Hoc denique recentius o-
stendit in B. CATHARINA Virgine Ordinis Prae-
dicatorum Moniali; in cujus innocentia ac pu-
ritate ita sibi complacuit Sponsus virgo, & Vir-
ginis Filius, ut eam ad sublimissimum perfectio-
nis culmen evectam, ad Coelestium charismatum
copia perfusam, ad intimam sui familiaritatem
in Terris admiserit, & tandem suae ipsius beati-
tudinis participem in Coelis fecerit; Ubi illam
in sinu Dilecti certissime regnantem, & pro no-
bis assidue intercedentem, ab universa Ecclesia
colendam ac venerandam esse (praevia virtutum
ipsius, ac miraculorum in ejus gratiam a Deo
editorum, cognitione, ac juridica approbatione)
de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Car-
dinalium, necnon Patriarcharum, Archiepisco-
porum, & Episcoporum in Romana Curia con-
gregatorum, consilio & assensu, auctoritate A-
postolica nuper definiendo declaravimus, decre-
vimus, atque statuimus.

Florentiae clarissimae Italiae Urbe, ex Nobili
Familia de Ricciis anno MDXXII. ortum habuit
CATHARINA, quam parentes in Baptismate Ale-
xandram nuncuparunt. Porro ad quam excel-
sum Sanctitatis apicem provecturam eam esset
Omnipotens Deus, cito demonstravit praeve-
niendo illam in benedictionibus dulcedinis, ut,
quum ab ipsa puerili aetate sublimibus mentis
illustrationibus, atque ineffabili cordis suavita-
te, in sanctae orationis exercitio, atque in coe-
teris pietatis officiis exequenter, frequenter com-
pleta fuerit, jam tunc mundana gaudia despice-
re, & ad caelestia ex animo aspirare assueverit,
Itaque quum ad firmiorem aetatem pervenisset,

Egordium.

S. Cathari-
nae ortus &
primordia.

&

1746.

1746.

Religionem
ingreditur.

& claustralis vita bona, in Monasterio primùm S. Petri e Monticulis prope Florentiam, tum in alio S. Vincentii in Civitate Pratenſi, præſtaſſet; fruſtra deinde Pater ſecularium nuptiarum ſplendorem & commoda ipſi propoſuit, quæ in odorem Cœleſtis Sponſi currens, nunquam quievit, donec ei tandem permiſſum fuit ad prædicti Pratenſis Monasterii ſolitudinem conſolare, ibique Deo, ſub regula S. Dominici, perpetuò ſe addicere.

Angelicam vivendi rationem ſtatim a Tyrocinio exorſa, quum ſe in omni virtutum genere univerſa Societati magnopere probaſſet, ſummo Sororum ſtudio ad Religioſam Profeſſionem admiſſa fuit, quamvis ipſa præ animi demiffione rejiciendam ſe fore pertimeſceret. Perfeſſiſſima fuit CATHARINA obedientia, difficilioribus licet experimentis probata; abſolutiſſima Regularis diſciplinæ cuſtodia; alacris in abjectis quibuſque miniſteriis obundis promptitudo; admirabilis modèſtia; atque ab omni re, quæ ipſius animæ puritatem quoquo modo obſcure aut obnubilare poſſet, ſumma averſio; aſſidua verò unio cum Deo, ad cuius honorem omnia ſua dicta, & facta fideliter dirigebat.

Monasterii
perpetuum
regimen ob-
tinet.

Tanta verò illius virtutum admiratio in Monialium animis excitata fuit, ut eam vix quintum ætatis luſtrum egreſſam, unanimi conſenſu, totius Monasterii moderatricem elegerint; idque munus deinceps eidem, quantumvis invita, atque obediendi magis, quam imperandi cupidæ, ad annos quadraginta duos, in omnem ſcilicet ipſius vitam, prorogaverint. Nihil enim in eâ deſiderandum ſibi eſſe intelligebant, ſive ad reſtitutionem atque prudentiam, ſive ad vigilantiam & ſollicitudinem, ſive ad caritatem & comitatem, ſive ad religionis & pietatis fovendam ſtudium, ſive ad exemplum. Illam ſibi ducem atque hortatricem ad ſpirituales profectus, illam in omni officio magiſtram, in omni rerum viciffitudine matrem amantiffimam experiebantur, pleno obſequio colebant, & ſincero amoris affectu complectebantur. Ipſa verò ad innumeras curas, quas pro commiſſo ſibi regimine gerebat, hoc etiam ſollicitudinis addebat genus, ut abjectiſſima magiſque laborioſa miniſteria ſibi reſervando, eaque continenter exercendo, impoſitam ſibi auctoritatis & elationis ſpeciem aliqua ſaltem ratione extenuaret; ſimulque ut animum ſuum, multiplicatis atque protractis orationis temporibus, arctius cum Deo conjungeret; ne fortè, inter avocantium negotiorum occupationes, Divinæ charitatis ignis in ejuſ ſinu tepeſceret.

Perfectioni
ſtudet.

Qua ſanè in re votis ſuis fraudata non eſt piſſiſſima Virgo; ſed per ſui ipſius contemptum in Dei amore quotidie creſcens, atque ex hoc ipſo in ſui abnegatione magis proficiens, ad eam brevi pervenit Chriſtianarum Virtutum perfectionem, quam per legitimis pleniffimasque probationes ritè demonſtratam, & manifeſtis Divinæ Omnipotentia ſignis atque miraculis comprobatam, ſolemni Eccleſiæ vocabulo, Sanctitatem appellamus. Quæ quum ſit omnium Chriſtianarum Virtutum in gradu heroico, pro cuiuſque ſtatus & vitæ ratione, pleniffima complexio, perfectumque includat implementum Divinorum præceptorum & conſiliorum, quæ ad ſtabiliendam in credentium cordibus Dei & proximi dilectionem, & ad deſtruendum humanæ cupiditatis regnum, a Cœleſti Legislatore tradita fuerunt; juvat hic ex præclaris CATHARINÆ operibus aliqua commemorare, ex quibus demonſtrata illius habituali in Deum charitate, in proximos miſericordiâ, in ſemeripſam ſeveritate, de reliquis etiam virtutibus, quibus eam cumulatè præditam fuiſſe compertum habemus, cui libet liceat conjeſtari.

Divino a-
more flagrat.

Sapientiæ Cœleſtis incenſa ſtudio, unum ſibi propoſuit, cui præ cæteris vacaret, Librum,

unum, quod ſequeretur, exemplar; Jeſum Chriſtum, & hunc crucifixum: Quem oculis cordis jugiter aſpiciendo, quem dies nocteſque contemplantando, adeò in illius amorem exarſit, ut nihil extra eum cogitare, nil niſi de ipſo loqui, nihil, quod pro ipſo & ſecundum ipſum non eſſet, agere poſſe videretur. Nulla res erat, nulla ejus vitæ actio, quæ non ſtatim ipſam ad recordationem Dei, tanquam primæ originis, & ſinis omnium, revocaret; ejuſque memoriæ dulcedine percuſſam, ad ferventiſſimas adpirationes, ad inflammata ſuſpiria, ad ſubita etiam animi deliquia compelleret. Indignam ſe proſus eſſe ajebat, quæ Divini amoris igne accenderetur; Veruntamen, ſi ab ejus veluti vitali flamma deſtitui ſe fortè contingeret, animam vitamque ſuam illico defecturam fore profitebatur. Quod ſi in communibus vitæ actionibus Deo ſuo ita adhærebat, ut ab eo divelli non poſſet; quantò magis neceſſe eſt ſtatim fuiſſe unionem, qua illius ſpiritus Cœleſti Sponſo, in oratione, ac myſteriorum & virtutum ejus contemplatione, jungebatur. Tunc videre erat CATHARINAM extra ſe raptam, totamque in Deo abſorptam, non ſolum ſpiritualium animæ facultatum, ſed etiam corporeorum ſenſuum commercium cum creatis omnibus rebus abrumperet, ac multas ſæpe horas, aliquando etiam integros dies in extaſi perfeverare. Illud verò præ omnibus admirabile fuit, quod meditatio paſſionum Chriſti in ea operabatur; dum ipſam in imaginem & ſimilitudinem patientis Sponſi interiorius exterioriſque transformans, illius dolores jam altè animo inſculptos, corporis quoque motibus exprimere cogebat; itaut ſingulis hebdomadibus, a meridie Ferie quintæ uſque ad horam nonam Ferie ſextæ a ſenſibus abſtracta, totam feralis Tragedia ſeriem ordinatè ad vivum repræſentaret. Quis autem vel mente aſſequi valeat uberrimas conſolationes, quibus CATHARINÆ cor in Euchariſtici panis ſumptione perfunde-
batur? Tunc fiebat ſuper eam manus Domini, & Gloria Domini in eam descendens, clariffimæ lucis radios, adſtantium quoque oculis perſpicuos, ex ipſius corpore undequaque ſpergebat: aliquando etiam ipſum ejus corpus a terra elevabat, ac diu in aère pendens, multis inſpectantibus, ſuſtinebat. Hinc minime mirum, ſi pia Virgo Cœleſtium Virtutum formam ex adeo intima Sponſi conſuetudine in ſe recipiens, eam in ſuis moribus, tanquam in ſpeculi nitore, exhibebat; ac ferventiſſimo divina gloriæ zelo flagrans, tam ſubjectas ſibi Virgines, quam obvios quoſque fideles, ad amorem Dei inflammare, ad virtutem excitare curabat.

Proximos
Omnes chari-
tate comple-
ctitur.

Qua in re cum ipſius Dei gloriam præ oculis præcipuè habebat, tum etiam, pro ingenti ſua in proximos charitate, ipſorum æternam ſalutem magnopere ſpectabat. Hoc erat ſanè poſſiſſimum argumentum perfectæ dilectionis, quæ omnes vocationis ſuæ conſortes proſequatur; dum ſcilicet Dei cultum, Religionis fervorem, virtutum omnium ſtadium in ipſis fovere atque amplificare omni ope ſatagebat. Nec nec in reliqua officii ſui adminiſtratione, minora ipſis maternæ pietatis ſtudia impendebat. Summa enim erat, & jugis CATHARINÆ ſollicitudo, ne quid concredito ſibi gregi deeſſet, ſive ad innocentia cuſtodiam, ſive ad morum diſciplinam, ſive ad animorum quietem & tranquillitatem, ſive ad temporalis vitæ ſubſidia, & corporum incolumitatem. Si quæ verò ex Sororibus in morbum incidiffet, ejus peculiarem curam, eique inſerviendi onus ſibi ſumebat; ipſi die nocteſque adſtare, omniaque Chriſtianæ charitatis officia præſtare gaudebat. Denique in mortis agone conſtituta apud Deum juvare, earumque animas in manus Sponſi, è quibus Adverſarius eas rapere non auderet, commendare, & pro viribus aſſerere nitēbatur.

Neque

Neque tamen angustis Monasterii sui finibus contineri potuit ipsius charitatis amplitudo; sed, quum ad omnes ubique terrarum homines dilataretur cor ejus, pro omnium salute impetranda, assiduas suas, & Sororum preces, & voluntarios etiam corporis sui cruciatus, seque totam Omnipotenti Deo, veluti Hostiam pacificam, in unionem Sacrificii Redemptionis humanæ, sine intermissione offerebat. Quin etiam ad sublevandas pauperum, & calamitosorum omnium ærumnas, quod ipsa per se præstare non poterat, id, excitata suis hortationibus ditiorum charitate, affecta fuit, ut immensa pecuniarum vis per totam Hetruriam alendis egenis, excipiendis ægrotis, viduis, orphanis, & senibus sustentandis, virginibus collocandis erogaretur. Denique ad purgantem Ecclesiam levamen non minori studio intenta, multiplicabat in eum finem suas preces, & lacrymas, jejunia, aliisque carnis suæ afflictiones, ut Divina Justitiæ pro animabus adhuc in captivitate detentis satisfacere mereretur.

Pœnitentiæ rigores in se ipsam exercet.

Quæ omnia quum clarè pateat non sive prævia sui ipsius abnegatione a CATHARINA effici potuisse, silentio tamen prætereunda non sunt, quæ de admirabili ipsius pœnitentiæ & mortificatione, juridicè cognovimus. Sanè quum semel Mundo, & Satanae per ipsam religiosæ vitæ professionem omnino renunçasset, adversus carnem suam, quam ipsi datum non fuerat unà cum aliis rebus relinquere, perpetuum bellum gerendum sibi esse duxit. Itaque asperissimis flagellis instructa, oculis, aliisque tormentorum instrumentis, onusta, frigore, inedia, vigiliis, omnique cruciatuum genere, virginalè corpusculum assiduè divexare & conterere non destitit; nec unquam per quadraginta & octo annos, quos in Religione transegit, carnem aut ova gustavit, sed solo plerumque pane & aqua victitare consuevit. Et tamen patiendi adhuc cupida, pro suorum & alienorum peccatorum expiatione, Dominum sæpe oravit, ut se morborum, ac dolorum vi amplius probare, & ad vivum urere vellet: idque suis precibus omnia exorantibus consecutam fuisse dicendum est; cum Medici sæpe affirmaverint, præter naturam omnino esse gravissimos morbos, & acerbissimos dolores, quibus Ancilla Dei mirum in modum torquebatur.

Quod si tali in re, quæ ad illius cruciatum tendebat, Cœlestis Sponsus Dilectæ suæ preces audire non renuit; minimè putandum est, ipsum, qui totius consolationis fons est & origo, CATHARINAM in angoribus & desolationibus desertam voluisse; quique iusto suo Job, pro infortuniis patienter toleratis, æquissimo & clementissimo iudicio, omnium amissorum bonorum duplicia reddidit, non huic innocentissimæ Virgini tribuisse, ut secundum multitudinem dolorum, quos vel libenter sustinuit, vel ipsa sibi sponte irrogavit sanctorum solatia gaudiorum ipsius animam lætificaverint.

Spiritualibus deliciis cumulatur.

Itaque pro hujusmodi pœnarum acerbitate, ipsius spiritum ineffabilibus delectationibus, quæ in dextera ejus sunt, adimplevit; effusâ scilicet in eam lucis & veritatis suæ communicatione, quæ ad sublimiorum veritatum cognitionem, ad intelligenda Divinorum Mysteriorum arcana ipsam deduxit; & accensa in ejus pectore beatissimâ charitatis suæ flammâ, cujus incendii vi, ac suavitate ipsius cor, tanquam cera liquefcens, deficiebat in Deum salutare suum.

Quamvis autem sanctarum animarum gloria omnis, in hac quidem vita plerumque ab intus, in altera verò adeo supra humanum captum posita sit, ut de ea verè dicatur, quòd nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se; voluit tamen Omnipotens Dominus, sive ad manifestandas divitias

gratiæ suæ, sive ad eruditionem nostram, tam insignium charismatum largitione CATHARINAM in terris adhuc viventem illustrare, ut omnibus liceret ex his arguere, quantam Gloriæ celsitudinem in æterna Beatitudinis sede eidem conferre decrevisset.

Ad comprobendam siquidem atque juvandam sinceram ipsius charitatem, quâ afflictis opem ferre, omnibusque prodesse summopere cupiebat, dedit ei Dominus potestatem faciendi mirabilia, in instantaneis morborum depulsionibus, in rerum multiplicatione, aliisque signis atque prodigiis, quæ supra omnem naturæ vim frequenter operabatur: præterea dedit ei spiritum prophetiæ, quo, sive ad proximorum correctionem, sive ad cautelam, sive ad consolationem, futura prævideret, absentia conspiceret, & cordium secreta dignosceret.

Miraculorum gloria claret.

Amoris verò magnitudinem, quo Deum ipsum ex toto corde, ex tota mente, ex omnibus viribus suis diligebat, ipse vicissim præclaris bonitatis suæ significationibus abundè rependit. Sæpe etenim ipse Rex Gloriæ, in quem desiderant Angeli prospicere, corporali specie se illi videndum exhibuit, dulcissimoque cum illa sermones miscuit: aliquando idem Dominus Jesus sub specie Pueruli a Matre Virgine Angelorum Regina in ipsius ulnis est reclinatus: aliquando ejusdem Imago Crucis affixa, revulsis a trunco brachiis, mirabilibus eam beavit amplexibus. Denique ipsam in fide & charitate sibi sponstatam fulgido ornatu, ac pretiosissimis monilibus de thesauris suis decoravit. Illius enim lateri, ac manibus pedibusque sacra clavorum suorum, & lanceæ stigmata sanguine rubentia insculpsit; spineum diadema capiti imposuit; humeris verò vestigia Crucis profundè impressit. Urque magis ostenderet quanta esset inter se & CATHARINAM, spirituum, & voluntatum conjunctio, illustre signum posuit in faciem ejus, ipsam aliquando in vivam sui vultus imaginem & similitudinem transformans, ut qui CATHARINAM vidisset, ipsum Filium Dei & Filium hominis videre se existimaret.

Cœlestibus favoribus & donis locupletatur.

Tantum sanctitatem, tantis illustratam prodigiis, voluit Deus ad sui Gloriam, & ad posterorum fidem, per omnia probationum genera, in summa certitudinis luce collocari: Probata est contradictionibus obloquentium, & calumniantium vituperationibus. Probata est admirantium laudibus & prædicationibus, clarissimæque fama, quæ non modo per Hetruriam, sed per alias quoque Italiæ Regiones, ac demum per universam Europam longè latèque diffusa, incredibilem ad ipsam traxit hominum multitudinem ex omni conditione, etiam Regia, ex omni sexu, atque ætate; qui ad petenda consilia, ad beneficia vel spiritualia vel temporalia obtinenda, ad magnificandum Deum in mirabilibus ejus, undique ad eam confluebant. Verùm ipsa CATHARINÆ virtus, inter tam diversa hominum iudicia, sese luculentissimè probavit; tum scilicet perpetuo, atque constanti innocentie, & sanctitatis tenore, tum singulari potissimum humilitate, quâ, & obrectantium malignitatem, & mundanorum plausuum vanitatem æquè superavit; ut toto ipsius vitæ cursu, per gloriam & ignominiam per infamiam & bonam famam, ipsius securam conscientiam, solidamque pietatem nec laudes inflarent, nec opprobria defatigaverint.

Multimodè probatur.

In omnibus enim collatis sibi muneribus non suam, sed Donatoris excellentiam agnoscens, seque Divinorum beneficiorum indignam ex animo reputans, nihil in vulgus prodire volebat, quòd aliquo modo in sui gloriam cedere posset. Quare cum cognovisset volumem quoddam rerum a se gestarum, & Cœlestium donorum, quibus a Deo quotidie cumulabatur, penes Moniales asservari, ab aliqua ex ipsis consecratum; cumque frustra orando, & obsecrando cum

In humilitate constans perseverat.

1746

jis egisset, ut hujusmodi volumen conscissum flammis traderetur, ipsa denique illud foruito reperit, statim in ignem coniecit. Quod si nihilominus ipsamet arcanas Divinae bonitatis communicationes, in Oratione potissimum sibi impertitis, cuidam ex Sororibus fideliter enarravit; id non nisi eadem humilitate impellente, & invito prorsus animo, praestitit; ne scilicet imperio Confessarii, qui id ad multa expedire prudenter in Domino judicavit, ulla in re quantumvis ardua refragaretur. Cum vero, ex ostensione virtutum atque signorum, quae Deus in ipsa, & per ipsam operabatur, & quorum causa frequens erat hominum ad Monasterium accessus, vel religiosam sanctae societatis quietem turbari posse metueret; vel pro se ipsa formidaret, ne forte in superbiae vitium declinans, inde fieret immunda vanitate, unde videbatur virtute clarescere; non desistit Sponsum rogare atque orare, ut Divinis suis muneribus modum imponere, vel saltem ea mortalium oculis occultare dignaretur; donec sua humilitate ac perseverantia, quod postulabat, obtinuit.

Ex hac ipsa perseveranti humilitate, Viri pietate & doctrina praecipui veram minimeque fucam CATHARINAE virtutem agnoverunt, & tanquam ad Lapidem Lydium comprobaverunt; tum scilicet ipsius spiritus experimenta sibi capienda esse duxerunt; tum etiam insignes Ecclesiarum Praefules, inter quos Robertus olim hujus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Puccius nuncupatus, Episcopus Pistoriensis, qui de mandato felicis recordationis Pauli Papae III. Praedecessoris Nostri, cum aliis probatissimis Viris, ad praefatum Monasterium se contulit, ut tam evulgatam sanctitatem ad rigidum examen revocaret; Michaël item Cardinalis Alexandrinus nuncupatus, qui a Sancto Pio Papa V. ipsius Avunculo, & Nostro pariter Praedecessore, ad gravissima hujus Apostolicae Sedis, totiusque Christianae Reipublicae negotia tractanda Legatus missus, CATHARINAE monita & consilia experenda sibi esse censuit; alique praeterea sapientissimi Antistites, & ejusdem S. R. E. Cardinales, praesertim Marcellus Cervinus, Hippolytus Aldobrandinus, & Julius Medicus, quos ad hanc Petri Cathedram deinde evectos, inter Venerabiles Praedecessores Nostros numeramus; quique omnes illius perspectae sanctitati, quadam veluti conclamatione, testimonium dederunt. Istorum gravissimis iudiciis magnum auctoritatis pondus addedit ex singulari existimatione, qua S. Philippus Neri, tunc in humanis agens, CATHARINAM est prosecutus, cujus etiam spiritualem amicitiam ac litterarum commercium, Deo inspirante, expetivit; & aliquando in extasim raptus, quod illi pariter familiare fuit, cum ipsa Romae degeret, CATHARINAM in suo Monasterio Prati commorantem, coram Deo, communi nimirum ipsorum amicitiae nexu, longo tempore est allocutus; quemadmodum felic. record. Urbanus Papa VIII. in suis Apostolicis Litteris super ejusdem Sancti Philippi Canonizatione a Gregorio XV. antea facta editis, testatum reliquit.

Denique anno ipsius aetatis sexagesimo sexto, religiosae Professionis quadagesimo octavo, cum tempus advenisset migrandi ex hac vita ad Sponsum, qui charitate perpetua dilexit eam, in extrema ipsius infirmitate, nil, nisi illustre & sanctimonia plenum apparuit. Siquidem Ecclesiae Sacramenta summo pietatis & religionis sensu petiit atque suscepit; sanctissima Sororibus monita de omnibus vocationis earum officiis reliquit; morbi dolores, invicta patientia toleravit; atque in Crucifixi amoris sui contemplatione usque ad extremum spiritum defixa permansit; tandemque inter Angelorum concentus, quos etiam ab adsstantibus Monialibus audiri Deus

voluit, purissimam animam Deo reddidit, die 11. Februarii anno Domini MDLXXXIX.

Sancta Maria Magdalena de Pazzis, tunc temporis Florentiae vivens, festum CATHARINAE ingressum in Coelestem Hierusalem, & exultantes de ipsius triumpho Beatorum Spirituum choros, in mentis excessu spectavit. Communis autem, quae invaluerat, de ipsius sanctitate opinio, ingentem populi frequentiam ad ejus funus celebrandum adduxit. Utque deinceps ipsius Sepulchrum magno in honore haberetur, in causa fuerunt crebra beneficia, & miracula, quae plerique a Deo; per ipsius merita, se obtinuisse testabantur.

Illius denique Sanctitatem extra omnem dubitationis aleam constituunt juridicae probationes, quae tam super ipsius heroicis virtutibus, quam super miraculis ad illius invocationem a Deo patris, Episcopali primum auctoritate, mox etiam Apostolicae Sedis delegatione collectae, & apud hanc Sanctam Sedem diu & mature discussae, firmissima Nobis fundamenta suppeditarunt, ut definitivè tandem super ea pronunciaremus; & CATHARINAE nomen atque memoriam Sanctarum Virginum Catalogo solemniter adscriberemus.

Primum iudicium super praemissis omnibus, ante Urbani Papae VIII. Decreta, praestatum fuit ab Auditoribus Caesarum Palatii Apostolici, qui & Processuum validitatem, & virtutum excellentiam, & miraculorum veritatem gravitatemque comprobaverunt. Antequam verò horum cognitio a S. R. E. Cardinalibus Congregationi Sacrorum Rituum praepositis assumeretur, alterum institutum fuit iudicium super hujusmodi Decretorum, a praefato Urbano Praedecessore interim editorum, observantia; de qua primò quidem Episcopus Pistoriensis anno MDCLXXV., mox etiam praedicta Sacrorum Rituum Congregatio anno MDCLXXIX., ac, de ipsius consilio, san. mem. Praedecessor Noster Innocentius Papa XI., plenissimè constare decreverunt.

Instaurato demum ante hos triginta annos in praefata Congregatione Sacrorum Rituum novo CATHARINAE virtutum examine; Nobis tunc in minoribus Promotoris Fidei munus gerentibus, omnibusque plenè, ac severè discussis, tandem a pia memoria Praedecessore quoque Nostro Benedicto Papa XIII. die VII. Martii anni MDCCXXVII. de iisdem pariter constare decretum fuit. Duo verò miracula a simili record. Decessore Nostro Clemente Papa XII. die xxx. Aprilis anni MDCCXXXIV., de ejusdem Congregationis consilio, approbata fuerunt: Instantaneae nimirum sanationes, tam Sororis Catharinae de Bonis in eodem Monasterio S. Vincentii Professae, ab Aneurismate; quam Sororis Elisabeth Cherubinae Cattani in Monasterio S. Clarae praefatae Civitatis Pratenfis Monialis Conversae, ab Ichthide. Hinc idem Clemens Praedecessor, datis Apostolicis Litteris in forma Brevis die 1. Octobris ejusdem anni, Beate titulum, & honores CATHARINAE tribui, ac deferri posse concessit.

Cum verò deinceps accepisset, nova miracula, post indultam CATHARINAE venerationem, ipsius intercessione a Deo edita esse; ad preces Catholicorum Principum & Populorum, complurium Antistitum, & universi Ordinis Fratrum Praedicatorum, quibus omnibus ipsius Beate Canonizatio summopere cordi erat; novos super eisdem Processuum auctoritate Apostolica confici mandavit. Quorum Processuum validitate approbata, Nos denique ad Petri Cathedram inscrutabili Dei iudicio interim evecti, post accuratissimum Miraculorum in ipsis relatorum examen in praefata Sacrorum Rituum Congregatione de more peractum; visis, ac respectivè auditis in Congregatione Generali coram Nobis habita die xxiv. Martii anni MDCCXLIV., tam Con-

Et sanctitatis fama post obitum.

Actorum series in ipsius causa.

Approbatum virtutum.

Et miraculorum.

Beatificatio.

Causa realsumitur.

sultorum,

De CATHARINAE sanctitate testimonium.

Ejusdem praetiosa mors.

sultorum, quam Venerabilium Fratrum Nostorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium eandem Congregationem constituentium suffragiis; totâque re privatis nostris studiis iterum discussa, atque uberius etiam documentis indubiam animo nostro fidem facientibus comprobata, tandem die xxvi. Maji ejusdem anni, in Festivitate S. Philippi Neri Confessoris, cui piam cum B. CATHARINA necessitudinem intercessisse supra narravimus, celebrata Missa ad Altare, sub quo ipsius Sancti Corpus requiescit, atque implorato Spiritus Sancti auxilio, infra scripta duo miracula auctoritate Apostolica approbavimus, & publicavimus.

Miracula
pro Canoniza-
tione ap-
probata.

Primum est secundi generis, nimirum absoluta, & perfecta sanatio Mariæ Clementinæ Staccioli puellæ Florentinæ ab inveterato, & exulcerato cancro in dextra mamilla, qui septem primo valvulis, seu cavitatibus, mox duabus hians, acerbissimis doloribus, & periculosis symptomatibus, octo annorum spatio eam excruciauit, nec ullis artis Medicæ remediis sanari poterat, sed, invocata semel, & iterum B. CATHARINÆ ope, adhibitoque oleo ex lampade ante ipsius corpus ardente, penitus evanuit. Alterum tertii generis obtentum fuit a Sorore Maria Madalena Fabris Moniali Professa Ordinis S. Dominici Augustæ Vindelitorum. Ea siquidem pertinaci Arthritide in inferioribus membris diu vexata, jamque omnino gradiendi impotens, dum, ob decretam ab Apostolica Sede ejusdem CATHARINÆ Beatificationem, Hymnus pro gratiarum actione a Sororibus solemniter caneretur, ipsius BEATÆ meritis vehementer confisa, eamque enixè precatâ, ad cantum Versiculi *Te ergo quasumus*, sensit se a Deo repente sanatam, redditâque sibi vires, & liberam incedendi facultatem, quâ deinceps absque imminutione perfectissimè usa est.

Decretum
de tuto pro-
gressu ad Ca-
nonizationem.

Post hæc, audito iterum præfata Congregationis Generalis consilio, exoratoque privatim Deo Patre Luminim, die vi. Octobris prædicti anni decrevimus, jam nihil per consultissimas leges, & regulas eidem Congregationi Apostolicâ auctoritate præscriptas, desiderandum superesse, quò ad solemnem ipsius B. CATHARINÆ Canonizationem servatis servandis quocumque procedi posset.

Consistorium
secretum.

Ad quam demum ritè, rectèque, juxta Sacrorum Canonum normam, & venerabilia Prædecessorum Nostrorum Instituta procedere volentes, universi primùm Collegii Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilium exquisivimus; habito nempe Consistorio secreto die xviii. elapsi mensis Aprilis, in quo Nos ipsi summam virtutum, & miraculorum B. CATHARINÆ, nec non seriem actuum in ejus causa juridicè gestorum ipsis exposuimus: Omnibusque adficientibus, ut ad supremam gravissimo judicio manum imponendam progredieremur; complures Venerabiles Fratres Archiepiscopos, & Episcopos ex universa fermè Italia in Urbem acciri mandavimus; eos quoque, juxta morem Apostolicæ Sedis, antequam definitivam hujusmodi sententiam proferremus, in consilium adhibitori.

Consistorium
Publicum.

Hi omnes necessariam causæ totius cognitionem hauserunt, tum ex peroratione in Consistorio publico coram Nobis habita a Dilecto Filio Paulo Francisco Antamorio Nostræ Consistorialis Aula Advocato; tum ex fideli relatione è monumentis sepelictæ Congregationis Sacrorum Rituum desumpta, quæ Typis impressa omnibus, & singulis tradita fuit.

Cardinalium, & Episcoporum
consilia in
Consistorio
semipublico.

Quapropter coacto demum die xiv. labentis mensis Junii semipublico Consistorio, in quo præter eosdem Fratres Nostros Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, omnes præterea Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, qui jam tunc ad septuaginta ferè hac ipsa de causa in Romana

Curia præsentés aderant, sessionem habuerunt; factâque omnibus dicendæ sententiæ potestate; Venerabilem hujusmodi Confacerdotum coronam summa consensione audivimus ad ejusdem præclaræ Virginis Canonizationem Nos adhortantem: Qua de re omnium suffragia proprio singulorum chirographo subscripta colligi jussimus, in Tabulariis Ecclesiæ Romanæ perpetuo aservanda; mandantes Dilectis Filiis Apostolicarum Ceremoniarum Magistris ibi de more adstantibus, ut, in absentia Notariorum Apostolicæ Sedis, qui Protonotarii de numero Participantium nuncupantur, super hujusmodi solemni actu publica Instrumenta, quotquot opus esset, conficere deberent.

Solemnia
Canoniza-
tionis.

Indicta itaque pro Canonizationis celebritate hodierna die Beatorum Apostolorum Petri & Pauli Martyris consecrata, non omisimus interrim in humilitate, & jejuniis privatas nostras, & publicas Ecclesiæ preces Deo Patri offerre per Filium ejus, ut Spiritus Sancti virtute mentem nostram dirigere, & confirmare dignaretur. Hodieque tandem de manè, congregatis in Vaticano omnibus Cleri Sæcularis, & Regularis Ordinibus, omnibus Romanæ Curie, & Aula Nostræ Proceribus, & Officialibus, cunctisque Venerabilibus Fratribus Nostris Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, solemnibus supplicationis ritu Divinam Majestatem venerantes, ad Basilicam Principis Apostolorum processimus. Ibi, simul, ac ante Sacratissimam Apostoli Confessionem constitimus, Dilectus Filius Noster Joachimus Tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum Presbyter ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Portocarrero nuncupatus, perorante Dilecto Filio Virgilio Montecatino Consistorialis Aula Nostræ Advocato, enixa Christianorum Regum, & Principum, Ecclesiarum, & Religiosorum Ordinum vota pro ipsius B. CATHARINÆ, sicut etiam pro Beatorum Fidelis a Sigmaringa, Camilli de Lellis, Petri Regalati, & Josephi a Leonissa solemnibus Canonizatione, simulque maturas deliberationes super eorum meritis, & miraculis hucusque ritè præhabitis, Nobis representavit; Nosque semel, iterum, ac tertio rogavit, ut exoptatam dudum sententiam proferentes, Catholici Orbis gaudium completeremus. Quare Nos, implorato prius universæ Cœlestis Curie præsidio, & advocato cum gemitibus Paraclito Spiritu, eoque sic inspirante, ad honorem Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicæ, & Christianæ Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Jesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac Nostræ, prædictam CATHARINAM DE RICCIIS Virginem, Monialem Professam Ordinis Prædicatorum, Christianarum virtutum præstantia, ac Cœlestium donorum, & miraculorum gloria illustrem, Sanctam esse definiendo pronunciamus; & unâ cum prædictis Fidelibus Martyre, Camillo, Petro, & Josepho Confessoribus, Ecclesiasticis Sanctorum Fastis adscripsimus; decernentes ipsius S. CATHARINÆ memoriam quotannis die secunda Februarii, aliorumque Sanctorum prædictorum, aliis respectivè diebus, in universa Ecclesia recolendam, & venerandam esse; & concedentes omnibus Christianis Fidelibus, qui ad eorum Sepulchra designatis diebus religiosè accedent, ac Deum Optimum Maximum juxta Nostram, & piæ Matris Ecclesiæ mentem precati fuerint, Indulgentiam septem annorum, & totidem Quadragesimarum, in perpetuum, in forma Ecclesiæ consueta.

Decretum
definitivum.

Tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione, reddentesque Altissimo vota nostra, Sacrosanctum Altare conscendimus, atque immaculatam humanæ salutis Hostiam, junctâ Beatissimorum Ecclesiæ Principum, & prædictorum Sanctorum Commemoratione, Omnipo-

tenti Deo bonorum omnium Largitori reverenter obtulimus. Omnibus quoque Christifidelibus, qui ad tantæ solemnitatis celebritatem frequentes convenerant, Plenariam peccatorum Indulgentiam misericorditer in Domino largiti fuimus.

Audiant itaque universi Catholica Ecclesia Filii, & intelligant magnalia Dei, atque ad Cœlestem Hierusalem cogitationes, & corda sublevantes, Beatam hanc Virginem contemplantur candido eorum agmini sociatam, qui sequuntur Agnum quocumque ierit. Unde & illius validissimo patrocinio innixi, postulent a Deo pacem & gratiam; & ejusdem præclaris exemplis excitati, dicant peritura Mundi bona despiciere; & per innocentie custodiam, per penitentia labores, per Christiana virtutis studium, ad perfectæ charitatis, & sempiternæ felicitatis Regnum, ad Cœlestis Gloriæ coronam contendere; per Christum Dominum nostrum.

Præsentium transumptis auctoritas tribuitur.

Idcirco præmissa omnia ad universalis Ecclesiæ notitiam deduci, præsentisque nostras Literas ad perpetuam rei memoriam extare volumus; mandantes, ut earum Transumptis, sive Exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ab omnibus habeatur, quæ ipsis præsentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ Definitionis, Decreti, Adscriptio- nis, Mandati, Statuti, Relaxationis, & Voluntatis infringere, vel ei ansu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Pontificatus Anno VI. die 29. Junii 1746.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDCCLXVI., III. Kalendas Julii, Pontificatus Nostrî Anno VI.

✠ Ego Benedictus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.



- † Ego T. Episcopus Ostien. & Veliternæ. Card. Rufus Decanus, & S. R. E. Vice - Cancellarius.
- † Ego A. Episcopus Portuensis Cardinalis S. Clementis S. R. E. Camerarius.
- † Ego V. Episcopus Prænestinus Card. Petra, Major Penitentiarius.
- † Ego P. A. Episcopus Albanen. Card. Cerafa.
- † Ego I. Episcopus Tusulanus Card. Accorambonus.
- † Ego V. Episcopus Sabinen. Card. Bichius.

- † Ego Nicolaus Maria Tit. S. Petri ad Vincula Presbyter Card. Lercari.
- † Ego F. Tit. S. Mariæ Transyberin Presbyter Card. Burgbesius.
- † Ego A. Tit. S. Stephani in Monte Celio Presbyter Card. Gentili.
- † Ego Fr. J. A. Tit. SS. Sylvestri & Martini Presbyter Card. Guadagni.
- † Ego D. Tit. Basilica SS. Duodecim Apostolorum Presbyter Card. Rivera.
- † Ego J. B. Tit. S. Mariæ Angelorum Presbyter Card. Spinula.
- † Ego R. Tit. S. Sabina Presbyter Card. de Icio.
- † Ego D. Tit. S. Bernardi ad Thermas Presbyter Card. Passioneus.
- † Ego S. Tit. S. Prisca Presbyter Card. Valenti.
- † Ego J. F. Tituli SS. Quatuor Coronatorum Presbyter Card. Portocarrero.
- † Ego C. A. Tit. S. Mariæ de Pace Presbyter Card. Cavalchinus.
- † Ego F. Tit. S. Pancratii Presbyter Card. Lantes.
- † Ego F. Tit. S. Mariæ de Populo Presbyter Card. Riccius.
- † Ego A. Tit. S. Sylvestri in Capite Presbyter Card. Rufus.
- † Ego P. M. Tit. S. Agnetis extra muros Presbyter Card. de Montibus.
- † Ego D. F. Tit. S. Matthæi in Merulana Presbyter Card. Tamburrini.
- † Ego D. J. Tit. S. Crucis in Hierusalem Presbyter Card. Besotius.
- † Ego Alexander S. Mariæ ad Martyres Diaconus Card. Albanus.
- † Ego Nerus S. Eustachii Diaconus Card. Corsinus.
- † Ego Agabitus S. Agatha ad Saburram Diaconus Cardinalis Mosca.
- † Ego C. S. Mariæ in Porticu Diaconus Card. Scarpantes.
- † Ego M. SS. Cosmæ & Damiani Diaconus Card. Bolognetus.
- † Ego H. S. Angeli in Foro Piscium Diaconus Card. Columna.
- † Ego P. S. Georgii in Velabro Diaconus Card. Columna.
- † Ego A. S. Mariæ in Aquivo Diaconus Card. Tarnari.
- † Ego H. S. Adriani Diaconus Cardinalis Bardi.

† Ego D. SS. Vici & Modesti Diaconus Card. Ur-
sinus.

†

D. Card. Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco ✕ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Orationes Consistoriales, quæ dictæ fuerunt in
Consistoriis habitis die 18. Aprilis, 8. 10. 11.
13. & 14. Junii pro Canonizatione BB. FIDE-
LIS A SIGMARINGA, CAMILLI DE LELLIS, PE-
TRI REGALATI, JOSEPHI A LEONISSA, & CA-
THARINÆ DE RICCIIS; una cum ejus Homi-
lia, quæ habita est die Natali Sanctorum A-
postolorum PETRI & PAULI inter Missarum so-
lemnia, postquam solemne Canonizationis
Decretum promulgavit.

In Consistorio Secreto habito in Palatio Apostolico
Quirinali die 18. Aprilis 1746.

ORATIO.

Venerabiles Fratres.

SEPTUAGESIMUM secundum hujus vitæ mor-
talis annum inivimus, illudque affirmare jure
possumus annos quinquaginta contulisse, exiguo li-
cet cum fructu, studiis Ecclesiasticis excolendis,
atque iis præsertim, quæ ad Beatificationem Ser-
vorum Dei, ac Beatorum Canonizationem perti-
nent. Cum enim forensibus studiis operam dare
statuissemus, factum est, ut Alexander Caprara
tunc temporis Rotæ Romanæ Auditor, ac deinde
Cardinalis, illius Tribunalis Secretum, ut ajunt,
Nobis communicaret. Cum vero ille pariter inter
Consultores Congregationis Sacrorum Ritu-
um fuisset adscriptus, capimus accurate legere
seripta exhibita a Postulatoribus, atque animad-
versiones Promotoris Fidei; & alia quoque pro his
studiis adjumenta consequuti sumus ex domesticis
colloquiis, quæ idem Præsul Caprara nobiscum
interferebat.

Deinde a Clemente XI. felicis recordationis
inter Consistoriales Advocatos recensiti, ipsius
Pontificis iussu duas Causas Canonizationum pro-
moverendas suscepimus, nempe Beatæ Catharinæ
Bononiensis, ac Beati Pii V., quæ sub eodem
Clementis XI. Pontificatu ad finem solemnis Ca-
nonizationis perductæ fuerunt: Præter has Cau-
sas, aliis quoque multis tum Beatificationis,
tum Canonizationis, operam nostram ac patro-
cinium impendimus, quas hoc loco recensere su-
pervacaneum ducimus, & quæ non pauca, neque
exigua sane volumina, si colligerentur, efficerent.

Post hæc Promotoris Fidei perhonorificum
munus ab eodem Clemente XI. Nobis deman-
datum fuit, quod per viginti, & amplius annos,
videlicet, cum idem Clemens XI., ac deinde
Innocentius XIII., ac Benedictus XIII. Sedem
Apostolicam tenuerunt, pro imbecillitate no-
strarum virium, quam diligentissime obire cu-
ravimus. Illud pro certo adfirmare posse vide-
mur, gravissimas laboris partes Nobis ipsis sem-
per desumpsisse; nec satis existimasse studium ad
ea negotia duntaxat necessarium, quæ propo-
nebantur, expedienda, sed Acta universa Con-
gregationis Sacrorum Rituum penitus inspexisse,
ipsius Tabularium, & monumenta omnia, quæ
ad rem facere possent, ita pervolvisse, ut ea quo-
que adnotarem, quæ Nobis opportuna fore
videbantur. Illud pariter asserere possumus, eas
omnes Beatificationes, & Canonizationes, quæ
vel a Clemente XI., vel a Benedicto XIII. so-
lemniter indicæ sunt, nostris laboribus, nostris-

que vigiliis antea dispositas, ac peractas fuisse.
Porro, si idipsum Nobis tribueremus de illis
Canonizationibus, quas deinde Clemens XII.
peregisse, nihil a veritate alienum diceremus. Nam
in Causis ejusmodi, quæ tunc temporis absolutæ
sunt, non modo earum initia instituta atque expe-
dita, sed etiam præcipuæ quæstiones in examen
adductæ, ac solutæ fuerunt, cum adhuc Nos
ipsi munere Promotoris Fidei fungeremur.

Postea Benedicti XIII. singulari beneficentia
in Cardinalium Collegium cooptati fuimus, at-
que inter Cardinales Congregationis Sacrorum
Rituum adnumerati. Quapropter eo, licet exi-
guo, temporis spatio, quo tunc Romæ per-
mansimus, Congregationibus interesse non præ-
termisimus, ac sententiam nostram, qualiscun-
que fuerit, libere proferre. Paulo post ad re-
gendam Aneonitanam Ecclesiam, ac deinde Bo-
noniensem delecti fuimus, in quibus admini-
strandis duodecim annos insumpimus: Tum,
licet Pastoralis officii sollicitudo Nos plurimum
occupatos tenuerit, tamen rationem temporis
ita habuimus, & nocturnæ corporis quieti ali-
quas horas ita subtraximus, ut Nobis contingerit,
præter plura, quæ in lucem emisimus; simul
etiam colligere, disponere, ac sedulo perpen-
dere pene innumeras adnotationes, quas olim
congessimus, cum Fidei Promotorem agere-
mus; Insuper plura superaddere, quæ ad ex-
plicanda Miracula conferre maxime possent:
Cui rei gerendæ, ac perficiendæ magno adju-
mento Nobis fuit copia librorum tum antiquo-
rum, tum recentium, qui ad Physicam, ac
Medicinam pertinebant, tum præsertim consilia
præstantium Doctorum, quos Bononiæ depre-
hendimus. Quamobrem de Beatificatione Ser-
vorum Dei, ac Beatorum Canonizatione qua-
tuor Volumina composuimus, quæ in lucem
edita fuerunt.

Postremo ad Summum Pontificatum, licet
immerentes, evecti, cum facilissimum sit inven-
tis addere, plura additamenta non parvi mo-
menti, ac pretii fecimus iisdem Commentariis,
quæ magis accurate, copioseque lucem publicam
secundo adspexerunt. Ad Congregationes Sa-
crorum Rituum, quæ coram Nobis frequenter
habitæ sunt, convenimus, in quibus non modo
sententiam nostram exposuimus, sed ejus quo-
que rationem palam indicavimus. In qualibet
proposita Causa decrevimus ea, quæ magis op-
portuna judicavimus, alia quoque Decreta pro-
mulgavimus, ad rectum examen hujusmodi Cau-
sarum, earumque solutionem instituendam. Tan-
dem aliquos Dei Famulos consueo Ritu inter
Beatos adnumeravimus.

Ut ergo nihil deesse Nobis in hac re videre-
tur, illud tantum supererat, ut Beatorum Ca-
nonizationem perageremus. Ad quam obeun-
dam haud satis erant, quæ hætenus diximus;
neque enim a nobis commemorata sunt ob aliam
causam, nisi ut quoddam voluntatis nostræ stu-
dium ad ejusmodi Canonizationem suscipien-
dam ostenderemus, quod tamen parum, aut
nihil omnino conferre non ignoramus, nisi
cætera merita, ac requisitæ conditiones pari-
ter intercedant. Attamen in eo tota res sita
est, quod post accuratum diuturnumque exa-
men plurium annorum, judicium quinque Cau-
sarum Canonizationis absolutum jam fuerit a
Congregatione Sacrorum Rituum. Accedit,
quod ejusdem Congregationis consilio jam
pronunciavimus Decretum, nempe posse quam-
libet ex iisdem Causis ad solemnem Canoni-
zationem deduci: Quamquam illud Decre-
tum ejusmodi negotium minime absolvat, ne-
que ipsi finem imponat; eo quod Prædecesso-
rum nostrorum vestigiis inherentes, antequam
Sententiam ultimam proferamus, intelligere
volumus in hoc Secreto Consistorio consilium

vestrum,

vestrum, utrum Canonizationem hoc tempore statuendam iudicetis; ac deinde exposcere rursum a Vobis consilium, & ab Episcopis, qui ad Consistorium semipublicum convenient, utrum nempe in supradictis Causis quaestiones omnes ita examinatas, & solutas existimetis, ut Sententiam vestram Sententiae Congregationis Sacrorum Rituum accommodare posse arbitremini. Sed ne temere, & inconsulto deliberetis, servato a Praedecessoribus nostris more, Vobis exponemus, quae diligenter accurateque peracta sunt in his Causis Beatorem examinandis; & deinde meritum singularum intrinsicum compendio solum attingemus.

Ut autem initium sumamus ab iis, quae gesta sunt in examinandis his quinque Causis Beatorem, de quibus res agitur, nulla est ex ipsis, pro qua examinanda pluraquam centum viginti anni non fuerint insumpti, initium huius temporis haud statuendo a die, quo hi Beati vitam hanc mortalem absoluerunt, neque a tempore, quo Locorum Ordinarii sua auctoritate ipsorum Beatorem Acta conficere coeperunt, sed ab eo solum tempore, quo Sedes Apostolica concessit, ut eiusmodi Causae coram se instituerentur. Equidem non ignoratis, in veteri consuetudine, ac more positum fuisse, ut haec Causae Romanae Rotae Auditoribus committerentur, qui deinde post accuratum examen rem totam exponebant, suffragium consultivum ferebant, ac postremo ad Congregationem Sacrorum Rituum omnia rursum examinanda deferrebantur. Duae nostrorum Beatorem Causae, quae modo afferuntur, propositae jam fuerunt eo tempore, cum vetus consuetudo, quam paulo ante memoravimus, obtineret, eaque ratione pertractatae sunt, quam superius indicavimus. Cum deinde immutata ea consuetudine, Romanae Rotae Auditores in Congregationem Sacrorum Rituum, tanquam ipsius membra, recensiti fuissent, in tribus reliquis Beatorem Causis quaestiones praecipuae, ac necessariae ad examen, ac trutinam revocatae sunt in iis Coetibus, qui ad expendendas singulas ex allatis quaestionibus, ter convocari, & haberi consueverunt. Si ex his quinque Causis unam solummodo excipiat, cuius Nos ipsi Beatificationem peregrimus, quatuor reliquae Cultum publicum jam pridem obtinuerant a Nostris Praedecessoribus constitutum. Quamobrem nostram operam potissimum contulimus ad expendenda Miracula, quae post Beatificationem contigerunt, & quae a Sacris Legibus requiruntur, tanquam indicium quoddam caelestis Divinae voluntatis, ut cultus permissivus ac peculiaris, cultu universali ac praecipuo commutetur. Illud testari merito possumus, nihil a Nobis praetermissum fuisse, ut accuratissimum examen fieret, quoniam non ignoramus, nullum studium, nullamque diligentiam esse in hac re supervacaneam. Illud quoque fatemur nullam a Nobis in his Causis agendis dispensationem, aut immunitatem a consuetis Legibus esse concessam, nostrumque privatum studium pro qualibet Causa sedulo impendisse. Praeterea Deum vehementer exoravimus, ut lumen suum Nobis impertiretur, quo magis perspecta Nobis forent aliqua facta, quae suffragium ferentes in Congregationibus manifesta satis putaverunt; denique, proutquam animum nostrum determinarem, nonnullis mandavimus, ut occulta diligentia res propositas scrutarentur, ac plane dignoscerent, quorum postea documenta Nobis reddita, deponi iussimus in Tabulario Congregationis Sacrorum Rituum, ubi tuto servarentur.

Post haec (ut ordinem initio propositum teneamus) verba facienda essent a Nobis de meritis cuiuslibet Causae. Verum institutam Orationem parumper suspendimus, ut tamen, ordine jam constituto, deinde prosequamur; videlicet postquam apertum erit os Cardinalis, cui clausum fuit initio Consistorii, ut suffragium quoque suum in rem propositam ferat, & postquam alia praesentia ne-

gotia absoluta fuerint. Porro haec sermonis interruptio Vos levabit ea molestia, quam pati deberetis, si perpetua oratione uteremur, & Nobis etiam paulum temporis concedet, ut libere respiciamus.

Post haec propositae fuerunt Ecclesiae, & alia peracta, quae superius indicata: deinde Sanctissimus D. N. prosequutus est suam Orationem in hunc modum.

Peractis jam negotiis, quae absolvenda supererant, Orationem nostram, Venerabiles Fratres, prosequimur; & breviter quidem complectemur merita, quae insunt Causis quinque Beatorem. Primum locum obtinet Causa Beati Fidelis a Sigmaringa Svevi ex Ordine Fratrum Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum. Nemo ignorat praclare gesta a Leopoldo Austriae Archiduce, & Comite Tyrolensi, qui magno cum exercitu Rhaetiam Superiorem invadens initio praeteriti saeculi, gente illa perversa in suam ditionem redacta, Ministros Calvinianos ab illis Vallibus expulit, qui non modo pravam doctrinam in ipsis locis disseminaverant, sed miseros populos, & sua jam labe infectos, adversus Romanam Ecclesiam incendebant, & perniciosos consiliis incitabant, ut a legitimis Principibus facta conspiratione deficerent.

Tum Joannes Fulvius Curiae Episcopus, qui Haereticorum furore, ac violentia extorris, & eiecitus, incredibili moerore conficiebatur, eo quod Ministri Zuingliani, & Calviniani, spatio duorum annorum, quadraginta duas Parochias eidem usarpaverant, Leopoldum victorem induxit, ut ad Paulum V. Praedecessorem nostrum confugeret, eumque vehementer rogaret, ut Capuccinos in Rhaetiam mitteret, qui Sacras Missiones suscipere, ex quibus fructus non exiguos Sanctae Religionis futuros sperabat.

Pontifex Leopoldo morem gessit libentissime, ac tum Sacrae Missiones in Rhaetia initium habuerunt, quae deinde magis confirmatae, atque amplificatae sunt, cum post obitum Pauli V. Gregorius XV. Sedem Apostolicam obtinuit: Tunc enim bene constituta Sacra Congregatione de Propaganda Fide, ipsius consilio, quae viros idoneos a Nuntio Apostolico, & ab Episcopo Curiae satis cognoverat, Fratres Capuccini ad eas Missiones obeundas delecti fuerunt, & illarum Praefectus Beatus Fidelis a Sigmaringa nominatus, qui magnam sibi famam ob virtutem, & zelum Apostolicum jam sibi comparaverat. Cum eiusmodi munere fungeretur, vitam hic Beatus absolvit, interfectus ab Haereticis in odium Fidei Catholicae, & hoc pacto illustrem Martyrii palmam est consecutus. Signa & Miracula accesserunt severe discussa, & concordibus suffragiis approbata. Placeat igitur Vobis, ut ad solemnem huius Beati Martyris Canonizationem juxta consuetum huius Sedis Apostolicae morem procedamus?

*Hic Cardinales responderunt omnes:
PLACET: deinde Sanctitas Sua:*

Secundo loco proponitur Causa Beati Camilli de Lellis, qui Bochianici in Aprutio loco honesto natus est. Cujus quidem juvenus non fuit vacua, & immunis ab iis cupiditatibus, ac vitiis, quibus implicari juvenes consueverunt. Attamen tali poenitentia ductus est, suasque labe per plures annos usque ad ultimum vitae spiritum tanta severitate expiavit, ut praeclearam Sanctitatis opinionem sibi demeruerit, eamque laetitia in Coelis excitaverit, qua gestire solent Angeli super uno peccatore poenitentiam agente, quae longe superat eam voluptatem, quam concipiunt iidem Beati Spiritus, cum in Coelis coronari vident alios plures, qui poenitentia nunquam indiguerunt, eo quod vitae innocentiam, ac morum sanctitatem nunquam violaverint.

Nonnulli ex Theologis, ac Patribus non solum Martyres appellant eos, qui ab Hæreticis, vel Infidelibus in odium Christianæ Fidei, aut Catholice Religionis vita spoliantur, sed illos pariter tanquam Martyres agnoscunt, qui semper in Dei famulatu, & proximorum salute procuranda ita occupantur, ut assiduo charitatis opera præstent, non quidem ordinaria, sed difficilia, & heroica, in quibus constanter versantur, donec ad extremum vitæ diem perveniant; ideoque Charitatis Martyres nuncupantur.

De hac opinione Nos verba fecimus in Libris nostris, *De Canonizatione*, eamque minime probavimus, eo quod Orationi Panegyrica potius, quam Theologorum Cathedra consentaneam judicavimus. Illos haud Martyres, sed Confessores nominandos asseruimus, cum in eorum morte nullus appareat tyrannus, qui illos in odium Fidei violenter interficiat; Quod si contrariam sententiam sequuti fuissetus, nullum sane exemplum præstantius inveniri potuisset ad Martyres ejusmodi Charitatis declarandos, quam vita, ac mores, quibus Beatus Camillus de Lellis commendatur.

Siquidem Nosocomia hujus Urbis, quæ *Incurvabiliæ*, & *Sancti Spiritus* appellantur, comparari possunt quibusdam veluti theatris, in quibus Camillus per plures annos charitatem suam exercuit, operam suam assiduo præbens infirmis, ut illos corporis ægritudine, atque animi morbis sublevaret. Febres pestifera, quæ hanc ipsam Urbem, ac Sedem Quirinalem invaserant, & universis, quos semel corripuerant, mortem inferebant, latissimum campum aperuerunt Camillo, ejusque Sociis Regularibus, ad pios Cives inflammandos, hortandosque, ut cibis, atque opportunis pharmacis ægotantes recrearent, omnemque diligentiam impenderent, ut a mortis faucibus eriperent hominum multitudinem, qui ad eam calamitatem pervenerant, ut eodem lectulo vir cum uxore sua, ac liberis jaceret, necessario alimento, & consolatione destituti omnes, quos interea febris, egestas, rerum omnium necessitas, ac fames supra modum vexabant.

Post hanc calamitatem, & stragem, incredibile illa annonæ charitas subsequuta est, ob quam Romæ, ejusque districtu, septuaginta millia hominum fame, ac frigore enecti perierunt. Horrendum sane spectaculum! In Compitis ipsius Urbis, in macellis, & officinis fame debilitati Cives animam exhalabant, alii vero jam vita defuncti virentes herbas, quas ad famem sedandam decerpserant, adhuc dentibus premebant; Quare tum patuit maxime charitatis incendium, quo Camilli pectus exardebat: Plura omittimus ad rem explicandam, quæ in actis ipsius Beati descripta continentur; Illud solum indicabimus, tunc temporis magnam ægotantium multitudinem in Nosocomium Sancti Sixti coactam fuisse, ex qua spatio paucorum dierum tria millia morbo confecta sunt. Pontifex Beato Camillo potestatem tribuit illius Nosocomii administrandi in iis omnibus, quæ ad salutem corporum, & animarum pertinerent. Itaque, ut huic muneri satisfaceret, in ædes Sancti Sixti ille se contulit cum octo Sociis, ex quibus ob incredibiles labores, & incommoda, quinque vitam amiserunt; Camillus autem immunis ab eo discrimine, ac liber evasit, singulari Dei beneficio, ut majora deinde pro utilitate proximi aggrederetur; inter quæ recenseri merito debet Institutio Congregationis Clericorum Regularium Ministrantium infirmis, quam ipse statuit, ac propagavit in variis Orbis terræ partibus, & quæ magis in dies amplificatur, cum maximo ægotantium, & morientium fructu, qui in ultima vitæ hujus periodo constituti, illorum

præsidio, sanctisque monitis corroborati, ad immortalem vitam proficiunt. Hujus Beati intercessione Deus Miracula operari dignatus est, post longum & maturum examen concordibus suffragiis approbata. Videtur ne itaque Vobis expedire, ut ad hujus quoque Beati Canonizationem solemniter deveniamus.

Rursus Cardinales hoc loco responderunt: PLACET: Et Sanctitas Sua institutum sermonem prosequuta est.

Tertio loco exhibetur Causa Beati Petri Regalati Minoris Observantiæ Sancti Francisci, natione Hispani, qui Valdoletus natus est. Annales Fratrum Minorum tradunt a Gregorio XI. Pontifice designatos fuisse aliquos Commissarios Apostolicos, seu Visitatores, qui cum Ordinem in Hispania reformarent, cujus institutum, ac disciplina, pristina severitate dimissa, plurimum collapsa fuerat, quemadmodum Apostolica Sedes intellexerat. Ferunt, quemdam nomine Petrum Villacretium inter Fratres Minores virum sanctitate vitæ præstantem, inde excitatum fuisse, ut reformationem Regularis Observantiæ Sancti Francisci primus inchoaret. Sacra ædificia inter oppida Tendilla, ac Penaverii sita erat, Beatissima Virgini Mariæ nuncupata, quæ ad Equites Melitenses jure pertinebat. Porro Sanctam Mariam Saliceti ipsam vocabant ex eo, quod Beatissima Virgo quibusdam Venatoribus ipsius nomen, & opem implorantibus eo loco apparuerat, cum illi interdissimatas pluvias, fulminum ignibus perterriti, via penitus aberrassent. Itaque, cum primum super falices altare fuisset extractum, inde Sanctæ Mariæ Saliceti nomen inditum est. Huic ædificiæ Petrus Villacretius exiguum tugurium conjunxit, ibi cum suis Sociis habitaret; Illud autem spatium temporis in magnificum ædificium commutatum fuit, in quo perfecti Regulares vitam duxerunt. In eo ipso loco vir præclarissimus Cardinalis Franciscus Ximenes Christianæ perfectionis spiritum suscepit, ex quo tandem accitus fuit, ut Elisabeth Hispaniarum Reginae Confessiones exciperet.

Petrus Villacretius pietatem Beati Petri Regalati cognitam, & perspectam habebat; Quippe adolescentiam innocenter traduxerat, & cum Fratrum Minorum Instituto vix decennis nomen dedisset, anno ætatis decimo quarto (quod tum licebat) solemnem Professionem emiserat. Inter cætera Monasteria, quæ a Villacretio condita fuerunt, permittente Oxomeni Episcopo, illud prope Aquileram adnumeratur, in quo Petrus Villacretius, ac Beatus Petrus Regalatus, longe ab hominum consortio, sanctissimam & asperissimam vitam aliquo temporis spatio simul duxerunt. Quamvis autem curarent diligentissime, ut ejusmodi vitæ ratio in tenebris omnino delitesceret, tamen in finitimas Civitates vulgari cœpit, ex quibus aliqui visendi solum studio, alii vero; ut permanerent in ea solitudine, ad Monasterium consuebant; & hoc pacto Reformatio in Hispania mirum in modum propagata est.

Qua de re Villacretius præclarum opus, intantumque viam insistere majori studio constituit, ut nova conderet Monasteria, ac vetusta in meliorem formam redigeret. Itaque domum Aquileræ Regalato commendavit, cujus virtutem longo jam temporis experimento probaverat. In eo loco Regalatus reliquis annis, quibus vixit, ad supremum sanctitatis apicem pervenit. Illic Reformationem institutam, suis exemplis, prudentique administratione factam testam retinuit, ita ut, quamvis novi Ordinis Fundator, aut Reformationis Institutor appellari nequeat, tamen ad illam statuendam maximum adjumentum

attulisse, potentissimumque presidium fuisse, nemo inficiabitur. Illic etiam toto vitæ cursu Theologicae, & Cardinales Virtutes modo sublimi, ac singulari exercuit. Universos in admirationem sui pertraxit ob animi humilitatem, vitæ asperitatem, ac jejunia, quibus corpus suum magnopere exercebat. Quæ merita si desint, ad Beatorum Canonizationem Ecclesia nunquam adducitur. Illic etiam donis Extasis, ac Prophetiæ cumulatus a Deo fuit, ac postremo feliciter hac mortali vitæ decessit, eamque sanctitatis famam reliquit, ut diuturnitate temporis imminui nunquam potuerit. Miraculis claruit tum in vitâ, tum post obitum; eademque trutinæ subjecta approbari meruerunt. Placet ne igitur Vobis, ut ad solemnem hujus Beati Canonizationem juxta Ecclesiæ institutum procedamus?

PLACET, iterum dixerunt hoc loco *Cardinales*, ad quos deinde *Sanctitas Sua*:

Quarto loco venit Causa Beati Josephi a Leonissa, quod Oppidum in Aprutio positum est. Ipse pariter Ordini Fratrum Capuccinorum nomen dedit, & Sanctum Franciscum Parentem suum plane imitatus est. Etenim si Sanctus Franciscus martyrii cupiditate inflammat, navigationem in Syriam suscepit, etiam Beatus Joseph ob eandem causam Constantinopolim se contulit, ubi Christi Fidelibus opitularetur, qui misera servitute tenebantur, gravissimoque periculo, ne ob incommoda & ærumnas, & Christiana Religione deficerent. A Soldano Rege Ægypti Sanctus Franciscus magnis officiis, & humanitate exceptus, omnem martyrio interclusum aditum cum vidisset, in Italiam remeavit; atque ita desiderii martyrium obtinuit. Beatus Joseph eodem ardore succensus, interiora cubicalia, & penetralia Imperatoris Turcarum adire non dubitavit; ratus, eos populos universos facili negotio ad Fidem Christianam traducendos, si ipsorum Imperator eandem Religionem primus susciperet. Sed captus, ac detrusus in tenebrosam carcerem, eo gravissimo supplicio multatus fuit, ut pedem dexterum, & manum pariter dexteram ad ferreum uncum suspensus, capite, totaque corporis mole ad terram penderet, donec fame, ac dolore extenuatus vitam profunderet. Generosus Athleta Christi crudelissimum tormenti genus invicta animi constantia pertulit. At quoniam Joseph Dei beneficio vitam adhuc trahebat, atque inter acerbissimum cruciatum annuntiare Fidem Christianam haud omittebat, ideo Satellites consilium inierunt sub illo ignem excitandi, ut fumus obstrictis faucibus spiritum illi præcluderet, aut saltem a prædicanda Sancta Religione impediret.

Tres continuos dies in eo cruciatu fortiter permansit, ex quo divino potius, quam humano presidio liberatus fuit; ita ut Causa ipsius Beatificationis, & Canonizationis (nisi ob gravissimas causas disciplina immutata fuisset) sub titulo Martyris, non autem Confessoris, proponi posse videretur. Nemo enim, qui in his studiis paululum versatus sit, ignorat, pristina temporum consuetudine appellari consuevisse Martyres etiam illos, qui post acerba tormenta, quorum vi mortem subire juxta naturam conditionem debuerant, admirabilem in modum superstites evaserant: Attamen hoc tempore (quemadmodum unicuique cognitum, perspicuumque est) Martyr haud nuncupatur, nisi qui in ferendis cruciatibus, aut vi tormentorum vitam amiserit.

Joseph ope divina vindicatus ab eo discrimine, quod superius exposuimus, in Italiam rediit, & reliquum vitæ spatium in locis Patriæ suæ finitimis traduxit, ubi Ruricolæ, & Begenos Sacris con-

cionibus imbueus, mirum dictum est, quam copiosos fructus collegerit: Mysteria Fidei, ac Religionis illis explicabat, & vineam Domini indefesso studio ita excolebat, ut nullos labores, nulla pericula, nulla incommoda vitanda unquam judicaverit. Evangelica consilia, juxta sui Ordinis præcepta atque instituta, diligentissime servavit; qua in re si defuisset aliquid, Causa Beati Josephi in medio cursu constirisset. Etenim certum, statutumque est, ut in Causis Servorum Dei, qui Regularium Ordinibus adscripti fuerunt, præter cætera, illud potissimum examinetur, an sui Ordinis præscriptas leges accurate observaverint. Postremo Beatus Joseph meritis cumulatus, & corporis sui vinculis dissolutus, in Cælum evolavit, quo tempore ea signa contigerunt, quibus Deus pretiosam justorum mortem prosequi, ac declarare consuevit. Miracula quoque subsequuta sunt plene discussa, & approbata. Placet ne igitur Vobis, ut ad hujus Beati Canonizationem rite procedamus?

Hic quoque Cardinales dixerunt, **PLACET**, quibus inde *Sanctissimus Dominus Noster* hac alia deliberanda proposuit.

Quintum, ac ultimum locum tenet Causa Beate Catharinæ de Riccis ex Ordine Dominicano, de Ecclesia adeo benemerito, tum ob viros, tum ob mulieres gloria Sanctitatis celeberrimas, quæ eundem Ordinem illustrarunt: Satis sit hoc loco recensere Catharinam Senensem, Rosam Limanam, Agnetem ex Urbe Montispolitiani, quæ solemnem Canonizationis Ritu in numerum Sanctorum relata fuerunt; Reliquas plures omittimus, quæ ob rationem cultus immemorabilis, obtinent cultum Sedis Apostolicæ auctoritate comprobatum.

Florentiæ nata est Catharina ex nobili genere: Parentes habuit Petrum Franciscum de Riccis, & Catharinam de Panzano. Ab ineunte adolescentia futura Sanctitatis indicia non obscura præbuit. Præter Hebræicam Civitatem adducta (quo Parentes rusticationis gratia se contulerant), & ingressa Domum Monialium Sancti Vincentii, eodem momento temporis constituit in eo loco vitæ suæ cursum exigere, quamvis id ingratum, molestumque Parentibus esset, qui illam nuptiæ dare proposuerant.

Tantam Sanctitatis famam brevi assequuta est, ob dona præcipue cœlestia, quibus plerunque Deus animas sibi devinctas & charissimas exornare solet, nempe ob frequentes Extases, mentis alienationes, vaticinia, cordium arcanas scrutationes, & hujusmodi divina munera, ut Præfides Ecclesiasticos excitaverit ad investigandum diligenter, utrum angelus tenebrarum (uti non semel accidit) Angeli Lucis speciem ad eam Virginem decipiendam assumpsisset. Omnia facimus experimenta, quibus tunc usi sunt Ordinis Dominicani Theologi, & illius Monasterii Provinciales, ut omni erroris nube discussa, veritatem agnoscerent, cujus certissima indicia deprehenderunt; id eoque testati sunt ea Catharinæ dona non Damnum fraudibus, neque naturæ portentis tribuenda, sed cœlitus immissa ad ejus animam exornandam. Cardinalis Robertus Puccius Pistoriensis Episcopus, jussu Pauli III. Pontificis, Florentiam se contulit cum pluribus aliis Episcopis prudentiæ, doctrinæque laude præstantibus; & post accuratum examen, summo opere probavit vitæ Sanctitatem, & cœlestem donorum naturam; & conditionem, quibus Catharina ab omnibus commendabatur. In eadem sententia fuerunt Cardinales Cervinus, & Mediceus, qui deinde Summi Pontifices facti sunt, quorum primus Marcellus II., alter Leo XI. nuncupati fuerunt. Postremo accedit, quod in Causa Sancti Philippi Neri demonstratum est, ipsum quadam mentis alienatione

Miracula ob eorum intercessionem obtigissent. Attamen id minime Nos avocet ab instituto Nobis gratissimo venerabilis antiquitatis; cum in Nostris Commentariis de *Canonizatione Sanctorum*, qualiacunque fuerint, plane ostenderimus, propositis cujuscunque sæculi monumentis & exemplis, nunquam Sedi Apostolica in more positum fuisse, ut Cultum publicum Martyris ulli concederet, aut permissivum, & pro aliquibus tantum locis, aut præceptivum, & pro universa Ecclesia, nisi postquam Martyrium, ejusque Causam perpendisset, ac probasset, juxta vetus adagium, nempe *Martyrem non facit pœna, sed causa*, & postquam Miracula etiam in examen adduxisset, ac probasset. Siquidem tutiorem in hac re sententiam amplectendam censuit, nec ullam diligentiam omnino præmittendam, ut de gravissimo hoc negotio judicium ferret, cum præsertim nulla necessitas ejusmodi judicium postularet. Equidem Vobis ante oculos proposita sunt omnia, videlicet, vita; mors, ejusque causa, signa, ac Miracula Beati Fidelis a Sigmaringa. Interea vestras sententias exquirimus, utrum ad ipsius Canonizationem deveniendum putetis.

Post hæc suffragium dederunt pro Canonizatione tam Eminentissimi Cardinalis, quam Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi Assistentes, & non Assistentes. Quibus expleis iterum Papa sic fuit allocutus.

VENERABILES FRATRES.

Summam voluptatem percepimus ex vestris suffragiis, quæ tulistis de proposita Canonizatione Beati Fidelis a Sigmaringa. Priusquam tamen ultimo deliberemus, ad Deum supplices confugere volumus, & simul hortari Fideles omnes, ut eadem vota concipiant, videlicet ut cœlestis lumen in hoc gravissimo negotio Nobis elargiatur, judicium laturis de Canonizatione Beati Fidelis a Sigmaringa, atque aliorum quatuor Beatorum, quorum Causa in quatuor sequentibus Consistoriis Semipublicis in examen adducitur. Porro Cardinalis noster in Urbe Vicarius de more promulgabit jejunia, Ecclesias visitandas, preces, & alia pietatis opera præscripta, & suscipienda ab illis, qui consequi volunt plenariam Indulgentiam, quam Nos impertiti sumus universis, qui preces effundent eo modo, quem statuimus, ut Deus scilicet Opt. Max. suæ lucis claritate mentem nostram illuminet.

Et sic dimissum fuit Consistorium.

IN CONSISTORIO SEMIPUBLICO

Habito die 10. Junii 1746.

VENERABILES FRATRES.

Post Causam Beati Fidelis a Sigmaringa, quam Vobis in præcedenti Consistorio proposuimus, alteram Beati Camilli de Lellis in hoc præsentis Consistorio Vobis exhibemus; & quemadmodum in Causa Beati Fidelis sacram antiquitatem, & hujus Sanctæ Sedis disciplinam ante oculos habuimus, ita profecto mentem eandem, idemque institutum in proponenda Causa Beati Camilli hodierna die retinemus. Equidem inter Martyres ipse non recensetur, sed inter Confessores; eoquod præclarissimis sane virtutibus ac meritis exornatus, ex hac mortali vita in Cœlum migraverit, naturali tamen mortis genere; neque in odium Christianæ Religionis interfectus vitam amiserit. Quamvis autem Confessorum Cultus post Martyrum Cultum inductus fuerit, tamen illum pariter antiquum esse, minime est dubitandum; cum

ex sæculo quarto hujus rei monumenta certissima suppetant, etiam si illorum sententiam sequamur; qui Sacram antiquitatem magis accurate diligenterque perferuntur. Hanc opinionem Nos amplexi sumus in Commentariis nostris de *Canonizatione Sanctorum*, omittentes eam disputationem, quæ viros eruditos in duas partes dividit, utrum Cultus Sancti Hilarii Pictaviensis, an Sancti Martini Turonensis Confessorum, antiquior in Ecclesia dicendus videatur.

Hæc quoad sacram antiquitatem: verum quoad hujus Sanctæ Sedis disciplinam, nemo ignorat, Monachos primos fuisse, qui consilia Evangelica sibi penitus imitanda proposuerint, deinde Mendicantium Ordines hanc viam ingressos esse, ac postremo eos cœtus, qui Clerici Regulares appellantur. Illud etiam cognitum est omnibus, perspectumque, Sedem hanc Apostolicam semper proclivem fuisse, ut inter Sanctos referret Ordinum Regularium Fundatores; si illi virtutibus heroicis, gloriaque Miraculorum post obitum, uti necessario requiritur, maxime excelluerint: non una tamen semper eademque ratione; cum antiquiores ritu antiquiori, tacito videlicet Summorum Pontificum assensu, ceteri recentiori ritu, expresso videlicet assensu; immo prolata a Summis Pontificibus definitiva sententia, fuerint Sanctorum factis adscripti; juxta duplicem canonizandi modum, de quo in recensitis nostris Commentariis luculenter egimus, epochas temporum statuendo, quod an feliciter fuerimus assecuti, aliorum esto judicium.

Porro, juxta primum Canonizationis morem, Cultum publicum in Ecclesia universali obtinuerunt Paulus, Antonius, Basilus cœterum Monachorum Fundatores in Oriente; Augustinus, Benedictus, Columbanus, eorumdem cœterum Monachorum Fundatores in Occidente; juxtaque secundum Canonizationis morem, ceteri Ordinum Regularium Institutores Canonizationis honorem sunt assecuti, ut ex Tabulis Ecclesiasticis, & monumentis, quæ in Vaticanis Tabulariis asservantur, & a Nobis sæpe perlecta sunt, plane desumitur.

Alexander etenim III. solemniter Sanctorum numero adscripsit Bernardum Fundatorem ac Parentem totius Familiæ Monachorum Clavallensium; Clemens III. Sthephanum Fundatorem Ordinis Grandimontensis in Aquitania; Cœlestinus III. Joannem Gualbertum Institutorem Congregationis Vallisumbrosæ, ac Giraldu Parentem Monachorum Sylvæ majoris in Gallia Aquitanica; Gregorius IX. Franciscum Assisiatem, & Dominicum, quorum primus Fratres Minores, alter vero Fratrum Prædicatorum Ordinem instituerunt; Clemens V. inter Sanctos adnumeravit Cœlestinum V. Congregationis Cœlestinæ Fundatorem; Leo X. Franciscum de Paula Parentem Fratrum Minorum; Gregorius XV. Philippum Nerium, ac Ignatium de Loyola, quorum primus Presbyteros Oratorii nuncupatos, alter Societatem Jesu constituerunt. Postremo Clemens X. Catalogo Sanctorum addidit Nomen Cajetani Ordinis Regularis Theatinorum Fundatoris; Alexander VIII. nomen Joannis de Deo, qui Fratres servientes pauperibus infirmis in suis Nosocomiis instituit; Clemens XII. nomen Vincentii de Paulis Fundatoris Sacerdotum, qui Sacris Missionibus addicuntur.

Cum hæc ita sint, hodie proponitur Vobis Beatus Camillus de Lellis Clericorum Ministrantium infirmis Parens atque Institutor. Vobis exhibita fuit ante oculos series ipsius vitæ, corporis cruciatus, continuum virtutum summe præstantium exercitium, & cœtus Regularis non solum institutio, sed etiam propagatio in varias Orbis terræ partes, cum maxima Fidelium

spirituali ac temporali utilitate; postremo descripta perpendistis Miracula, quæ Deus ob illius intercessionem ac nomen patravit. Quamobrem sententias Vestras expectamus, utrum solemnibus Beati Camilli Canonizatio decernenda videatur, ejusque nomen inter Sanctos cæterum Regularium Fundatores publico consuetoque ritu sit adscribendum.

Hic autem Cardinales, necnon Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi Assistentes, & non Assistentes Sententiam suam dixerunt. Quibus absolutis Sanctissimus Dominus Noster ad eos verba fecit in hunc modum.

VENERABILES FRATRES.

Suffragia Vestra de Canonizatione Beati Camilli de Lellis magnam Nobis lætitiã attulerunt: Quam ob causam nihil aliud respondemus, nisi peragendas esse preces, quas jam indiximus, ut Deus elargiatur Nobis opem suam, ac cœlestis lumen ad ea rite perficienda, quæ pro futura Beatorum Canonizatione requiruntur.

Et sic dimissum fuit Consistorium.

IN CONSISTORIO SEMIPUBLICO

Habito die 11. Junii 1746.

VENERABILES FRATRES.

In præcedenti Consistorio Vobis expendendam proposuimus Causam Beati Camilli de Lellis Fundatoris Ordinis Clericorum Regularium ministrantium infirmis. Agendum est hodierna die de Causa Beati Petri Regalati, qui sane Institutio appellari nequit, sed aut Restaurator, aut præcipuus Minister, cujus opera, ac labore Reformatio Ordinis Fratrum Minorum in Hispania statuta est. Equidem Ordines Regulares inter splendidiora Ecclesiæ ornamenta recensentur: leges autem, quæ illis præscribuntur, Sanctitati maxime accommodata, & consentaneæ judicantur; qui tamen haud permittuntur, juxta disciplinam ab Alexandro III. Prædecessore nostro constitutam, nisi prius ab hac Sancta Sede Apostolica post accuratissimum examen comprobentur. Cum tamen Regularium Ordines hominum copia, non Angelorum, consententur, ideo non semel, ob frequentes atque inveteratas legum ipsarum violationes, factum est, ut Pontifices Prædecessores Nostri Ordines aliquos Regularium jampridem fundatos de medio tollendos duxerint, etiam si Leges Sanctissimas proficerentur; plerumque vero evellere coacti fuerint zizaniã frumento admixtam, opera, studioque præstantium Sanctitate Virorum, qui remissos Ordines ad pristinum splendorem restituerent, & Charitatis ardorem pene extinctum rursus accenderent, Regulares Ordines ad primum institutum ac normam revocantes, quam illorum Professores aliqua ex parte deseruerant. Itaque, sicut hæc Sancta Apostolica Sedes animi proclivem semper ostendit, ut Fundatores Ordinum Regularium solemnibus rite Sanctorum Catalogo adscriberet, quod in præcedenti Consistorio pluribus exemplis declaravimus, si tamen cumulus reliquarum virtutum ad hunc titulum simul adjungeretur; eandem rationem habuit pro Restauratoribus Ordinum Regularium, vel eorum, qui plurimum adjumenti laborisque contulerunt ad statuendas Reformationes, non temere & inconsulto excogitatas, sed Romanorum Pontificum auctoritate præscriptas, non solum tentatas, sed executioni demandatas, quas postremo ipsi Restauratores non modo sus-

cipiendas aliis proposuerunt, sed ipsi prius exemplo suo integre servarunt, non ulla ducti specie utilitatis, aut humana gloriæ, sed unice pro Dei gloria propaganda. Petrus de Alcantara Ordinis Minorum Restaurator fuit, & a Clemente IX. Prædecessore nostro inter Sanctos adnumeratus. Sed antea Gregorius XV. in Canonem Sanctorum retulerat Theresiam, quæ singulari cum gloria restauravit Ordinem Carmelitarum, quem tum Viri, tum Mulieres profitebantur. Neque sane multum temporis præterit, ex quo Benedictus XIII. de Nobis optime meritis, Sanctorum Catalogo nomen addidit Joannis a Cruce, qui plurimum adjavit Sanctam Theresiam in Reformatione Carmelitani Ordinis, quam ipsa susceperat. Ex scriptis documentis, quæ Vobis tradita fuerunt, jam clare deprehendistis, quantum laboris atque operæ Petrus Regalatus impenderit ad constituendam Reformationem Ordinis Minorum; quam Apostolica Sedes præceperat; quo studio, qua prudentia, quam magna Ordinis sui utilitate gravissimum hoc negotium administraverit. Satis etiam cognovistis morum innocentiam, quam ab adolescentiã ad finem usque vitæ integram conservavit; virtutum summe præstantiam assiduam exercitationem; dona supernaturalia, quibus a Deo cumulatus fuit, dum inter mortales ageret; pretiosam ipsius mortem, & præclara Miracula, quæ ante, & post illam contigerunt, ut ejus Sanctitas palam omnibus innotesceret. Quare nihil aliud superest, quam ut Sententias Vestras de Canonizatione ipsius indicenda Nobis declaretis;

Eminentissimi autem Cardinales, & alii ut supra suffragati fuerunt, quos deinde Sanctissimus Dominus Noster ita alloquutus est:

VENERABILES FRATRES.

Suffragia Vestra consensu unanimi deprecantur, ut Beatum Petrum Regalatum in Catalogum Sanctorum referamus. Nos, cum opus fuerit, sententiam quoque nostram declarabimus. Interea magno studio Deum precamini, ut lumen suum Nobis impertiat ad opus hoc maximum pro ipsius voluntate in terris perficiendum.

Et sic dimissum fuit Consistorium.

IN CONSISTORIO SEMIPUBLICO

Habito die 13. Junii 1746.

VENERABILES FRATRES.

Non ignoramus exploratum satis esse vestræ eruditioni, juxta veterem Ecclesiæ disciplinam inter Martyres non solum adnumeratos fuisse illos, qui pro Christiana Religione vitam amiserunt, sed eos pariter, qui ob eandem Religionis causam acerbissima tormenta perulerunt, licet postea superstites ab illis evadentes, mortali hac vita in pace perfuncti sint. In Conciliis, quæ a Sancto Cypriano coacta fuerunt, aliqui Episcopi, nomine, ac titulo Confessoris, alii vero Martyris, obsignantur. Tertullianus autem in eo libro, quem in Praxeam conscripsit, titulum Martyris ipsi minime tribuendum contendit, ob eam causam, quod levissimum, ac breve tormenti genus tulisset, non vero, quia vitæ spiritum inter cruciatus nequaquam emisisset: *Praxeam, inquit, de jactatione Martyrii inflatus, ob solum, & simplex, & breve carceris tedium.* Id etiam S. Joannis Evangelistæ celebri exemplo comprobatur, qui in dolium ferventis olei demissus, licet incolomis ex illo prodierit, & usque ad ultimam senectutem in pace vitam absolverit, tamen Martyris titulum a Fidelibus obtinuit. Ob eandem rationem Sancta Thecla Protomartyr a Patribus

nuncupatur, eo quod prima inter mulieres Martyrii gloriam pro Christiana Fide consecuta est: quippe damnata ad bestias, quemadmodum ex Annalibus Ecclesie deprehendimus, cum nullum ab illis detrimentum accepisset, reliquum sue vite tempus solitudini mandavit, ubi longo senio confecta, & vinculis corporis soluta, in Cœlum placide exolavit. Ob hæc Theologi inquirunt, utrum etiam nunc Martyris nomen apte conveniat illis, qui superflites fuerunt cruciati- bus, quorum acerbitate vitam profundere debuissent, sed post multos annos, lætulo, ut ajunt, suo jacentes, postremum diem obierunt: & utrum ritu solemniori etiam nunc inter Sanctos Martyres recenseri possint. Nonnulli id fieri posse censuerunt; utque obvia occurrant difficultati, nempe reliquo vite spatio inquinari potuisse peccati labe eos, qui post tormenta superflites fuerunt, respondent, Divinæ bonitati consentaneum videri, quod eos in cœlesti gratia confirmet, qui singulari suo beneficio vim tormentorum, certumque mortis discrimen, quod pro Christo subierant, superaverunt. Nos de hac ipsa re fusius egimus in nostris Commentariis *De Canonizatione Sanctorum*, ubi Sanctæ Sedis Apostolicæ consuetudini inhærentes, plane ostendimus, Martyris titulum minime hodie tribuendum, nisi mors intercesserit in odium Christianæ Fidei, quam Tyrannus intulerit, & Martyr ob eandem causam susceperit, fortique animo pertulerit; nec, ut ab hac disciplina recedatur, sufficere exempla a sacra quidem antiquitate desumpta, sed quæ prodierint, antequam aliæ leges iustissimis de causis ab Ecclesia fuerint statuta; aut argumenta, quæ piis ad hominibus potius, quam a peritis Theologis excogitata videntur. Quapropter cum adhuc in minoribus Promotoris Fidei munus gereremus, & Causa hæc Beati Josephi a Lionissa initio proponi cepisset, magno studio contendimus atque obtinimus, ut de illa tanquam de causa Confessoris, non vero Martyris, ageretur, etiam si Beatus Joseph unco ferreo per tres continuos dies suspensus a Turcis in odium Christianæ Religionis crudelissimum tormenti genus pertulerit, uti vos ipsi ex traditis documentis perspicere potuistis. Illud tamen libenter, ac merito probavimus, ut hoc facinus placlarissimum in hac causa pertractanda magni penderetur, & pro decernenda solemniori Canonizatione etiam plurimum conferret, si tamen continua virtutum summe præstantium exercitatio, proprii Instituti plena observantia, quæ cum maxima vite austeritas, ac penitentia conjungitur, in Beato Josepho apparent, ac liquido comprobarentur; si postremo illius mortem ea prodigia secuta fuissent, quibus iustorum mors dignosci consuevit. Hoc sane pacto Causa Beati Josephi tanquam Confessoris, non vero Martyris, in examen adducta fuit. Seriem totius vite, quam ille duxit, vestros ante oculos expositam habuistis: Cognitam Vobis est quidquid pie sancteque gessit, antequam se conferret Constantinopolim pro Missionibus obeundis; gravissimum tormenti genus, quod in illa Civitate passus est, ex quo Divino beneficio fuit ereptus; quanto deinde tempore superstes extiterit, quam præclara gesserit, & qua ratione vitam absolverit. Vobis etiam perspecta sunt Miracula, quæ ob illius intercessionem contigerunt. Itaque illud tantum superest, ut sententias vestras de solemniori ejus Canonizatione indicenda Nobis explicetis.

Post hæc Eminentissimi Patres, & alii de more suffragium dederunt; quibus a Sanctitate sua auditis, talia deinde subdidit:

VENERABILES FRATRES.

INtelleximus suffragia vestra de Causa Beati Josephi a Lionissa, pro quibus ferendis ad

Deum Vos prius confugisse, idemque facturos etiam non dubitamus, ut cœleste lumen Nobis impetretis. Attamen Vos magnopere hortari non prætermittimus, ut privatim, ac publice easdem preces suscipiatis, cum Vos minime lateat, quantam vim habeant illæ preces, quæ publice, & Ecclesie nomine indicuntur.

Et sic completum fuit Consistorium.

IN CONSISTORIO SEMIPUBLICO

Habito die 14. Junii 1746.

VENERABILES FRATRES.

IN Apostolicis Actis Capite vigesimo primo, in quo describitur iter, quod Sanctus Paulus suscepit a Tyro Ptolemaidem, & ex eo loco ad urbem Casareæ, illud memoria traditur, eundem Sanctum Paulum una cum Sociis ingressum fuisse domum Philippi Evangelistæ, seu Concionatoris Evangelii, qui sane Philippus, is facili conjectura judicatur, qui Eunuchum Candacis Reginae Æthiopum Sancto Lavacro expiaverat. Moram aliquam duxerunt illi in ædibus Philippi, cui erant quatuor Filiae virgines, ac prophetantes; quod si virginitatem illæ non profitebantur voti illius ratione, quo se Judæi obstringere minime consueverunt, tamen religionis causa eas virgines fuisse non est dubitandum; quæ prophetantes etiam nuncupantur, vel quod in concinendis divinis laudibus assiduo versarentur, vel quia futura prænunderent: *Venimus Casaream*, (ita scriptum est in sacris Literis) *& intrantes domum Philippi Evangelistæ, qui erat unus de septem, mansimus apud eum. Huic autem erant quatuor filiae virgines prophetantes.* Quod in itinere S. Pauli contigisse memoravimus, id Nobis etiam evenit in gravissimo hoc negotio, quod hodierna die ad finem sumus perducturi. Postquam septa aliorum Cœtuum Regularium percurrimus, uti Vos ipsi ex præcedentibus Consistoriis perspicere potuistis, nunc ingredimur Claustra S. Dominici, qui non modo, sicut Philippus, Evangelii Concionator fuit, sed etiam Ordinis Fratrum Prædicatorum primus Parens, atque Institutor; & quemadmodum in ædibus Philippi quatuor ipsius Filias virgines prophetantes Sanctus Paulus deprehendit; ita Nos in Claustris Sancti Dominici quatuor etiam illius Filias invenimus, quæ prophetantes appellari merito possunt, vel quia a divinis laudibus celebrandis nunquam cessarunt, vel quia futuros eventus antea denuntiarunt. Porro illæ nominantur, Catharina Senensis, Rosa Limana, Agnes Montispolitiani, & Catharina de Ricciis. Pius II. Prædecessor Noster Sanctorum Catalogo nomen Catharinæ Senensis adjunxit. Clemens X. Prædecessor quoque Noster Rosam Limanam: Benedictus XIII. de Nobis optime meritis Agnetem Montispolitiani inter Sanctos solemniter retulerunt. Itaque, ut quatuor istæ Filie prophetantes Sancti Dominici pari honore cumulentur, illud tantum superest, ut Beatam Catharinam de Ricciis numero Sanctorum adnumeremus. Supervacaneum ducimus hoc loco referre ipsius Familie præstantiam, optimam pueritiæ institutionem atque innocentiam, virtutis propositum, quo Cœtui Regulari nomen dedit, & in quo constanter permanfit, eximiam charitatem, qua Deum, & proximum semper prosequuta est, singularem prudentiam, qua præfuit cæteris Monialibus longo temporis spatio, profundam humilitatem, incredibilem patientiam in pluribus ferendis incommodis, cumulum cœlestium donorum, quæ in ipsam Deus liberaliter contulit, pretiosam ejus mortem in conspectu Domini, Sanctitatis famam, quæ constans fuit, cum adhuc in terris ageret,

& postquam diem supremum obiit, ac tandem Miracula, quæ ob illius intercessionem obtigerunt. Cum hæc omnia vestris oculis subiecta jam fuerint, illud reliquum est, ut mentem vestram de solempni ipsius Canonizatione decernenda Nobis declaretis.

Eminentissimi Cardinales, & enunciati Præsules sententiam suam tulerunt; quibus absolutis, hæc Sanctitas Sua subiecit:

VENERABILES FRATRES.

Maximam sane voluptatem percepimus ex suffragiis vestris, quæ solemnem Beatæ Catharinæ de Ricciis Canonizationem deponunt. Eandem prorsus lætitiæ sensum in quatuor præcedentibus Consistoriis, in quibus suffragia tulistis de Causis aliorum quatuor Beatorum, de quorum Canonizatione pariter agebatur. Itaque, Deo iuvante, diem vigesimum nonum hujus mensis Junii, qui Sanctorum Petri & Pauli Apostolorum Festo celebrando consecratur; illum, inquam, diem constituimus, ut ritu solempni, numero Sanctorum adscribamus quinque Beatos, nempe Fidelem a Sigmaringa, Camillum de Lellis, Petrum Regalatum, Josephum a Lionissa, ac Catharinam de Ricciis. Interea preces vestras ad Deum convertite, ac vehementer ab ipso exposcite, ut ope sua potentissima cælestique inspiratione Nobis adsit propitius, suumque lumen impertiat, ut hanc rem gravissimam perficiamus ad gloriam Divini Nominis augendam, Catholicam Fidem magis efferendam, & Christianam Religionem propagandam.

Et sic absolutum fuit Consistorium.

Homilia Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI PP. XIV., quæ habita est inter Missarum Solemnia die Natali Sanctorum Apostolorum PETRI & PAULI Principalium Romanæ Urbis Patronorum, quo die solempne Decretum Canonizationis quinque Beatorum in Sacrosancta Vaticana Basilica pronuntiavit.

COMMUNEM Cælo terræque lætitiæ ex glorioso BB. Apostolorum PETRI & PAULI triumpho, quem pro Christo morientes uno die, eodemque loco reportarunt, ad Nos mæ, & ad hanc Urbem, Venerabiles Fratres, ac Dilecti Filii, pertinere certum est. Quamquam enim ad universam spectet Ecclesiam de gemina Principis Apostolorum, & Doctoris gentium corona lætari, quod sancita eorum sanguine Fides in omnes gentes sese feliciter propagaverit, Roma tamen debet præ cæteris esse gaudii, & cumulatus exultare, quod quæ antea fuerat errorum magistra, Apostolorum eorumdem opera facta sit discipula veritatis, Civitas Sacerdotalis & Regia, Arx Religionis, & Caput Orbis, cujus imperium Divina Fidei gloria latius, quam olim terreno principatu, dilatatum, portæ Inferi metuunt ac contremiscunt.

A vetustissimis usque temporibus Romano Pontifici solempne fuit summa religione, ac singulari celebritate diem hunc agere, in quo duplex Sacrum, alterum in hac Vaticana Basilica, alterum via Ostiensi in Basilica Sancti Pauli, facere consuevit, ut pius sæculi quarti vates Prudentius testatur. Id quoque temporis complures ex variis partibus Episcopi ad Urbem commigrabant, festum hunc lætissimum diem una cum Romano Pontifice celebraturi, uti ex Paulino, qui sequentis ætatis scriptor extitit, colligimus.

Nos quoque, quos non una causa ad Princi-

pis Apostolorum memoriam honore cumulandam adducit, quod nempe in ejus locum & dignitatis amplitudinem, licet immerentes, successimus; sed aliæ quoque rationes urgent ad illius, & Apostoli Pauli cultum promovendum, quos una simul colere, ac venerari consuevit Ecclesia, quod nimirum inter Sacræ hujus Basilicæ Canonicos decem & quatuor annos fuimus, quodque ejusdem Petri honori Metropolitanæ Bononiensis Ecclesiæ dedicata sit, quam decennio gubernavimus, & quam adhuc detinemus; Prædecessorum nostrorum vestigiis etiam in hac parte pro viribus insistere cupientes, non solum quotannis in pervigilio hujus Festi solemnis Vesperis in hac Basilica interesse, & mane Pontificali ritu Missam celebrare consuevimus, sed etiam in perpetuum valitura sanctione decrevimus, ut per totam Octavam singulis diebus in diversis Sacræ hujus Urbis Ecclesiis aliqua eorumdem Apostolorum memoria insignitis solempne Sacrum peragatur, præsentem aliquo Prælatorum Apostolicæ Sedis officii addictorum Collegio; utque pomeridiano tempore alii priorum hominum Cœtus, stans quisque diebus, ad easdem Ecclesias pie religiosè procedant. Ad hæc mandavimus, ut Calendariis, & Divinorum Officiorum Libris iidem duo Beatissimi Apostoli, tamquam primarii augustæ hujus Urbis Patroni, inserbantur: quod quidem Nobis a Sanctissimis Viris Leone Pontifice, Maximo Taurinensi, & Venantio Fortunato, ex veteri disciplina traditum est.

Opportune quoque & merito hunc ipsum diem festum Beatorum Apostolorum PETRI & PAULI hodiernæ Sanctorum Canonizationi selegimus: nedum ut saltem semel vitæ nostræ tempore felicissimum hujusmodi diem ingenti populorum concursu, multaque Fratrum Nostrorum Episcoporum frequentia, pristino more celebrari videamus; sed præsertim etiam, quod sententiam illam definitivam, qua quinque Beatos nuper in Sanctorum album retulimus, pronuntiavimus, ut audivistis, in honorem Sanctæ & Individuæ Trinitatis, ad Catholicæ Fidei præsidium, & Christianæ Religionis incrementum, auctoritate Domini Nostri Jesu Christi, Beatorum Apostolorum PETRI & PAULI, & Nostra; & demum, quod in unoquoque eorumdem quinque Beatorum imago quædam, & nonnulla Sanctorum Apostolorum PETRI & PAULI similitudo in esse videtur. Hoc autem non ita dicimus, ut par meritum, aut æqualitatem virtutum horum cum illis inferamus, cum temeritas sit amplitudinem Apostolorum cum aliorum Sanctorum meritis comparare; sed ut ostendamus, hæc nova Sanctitatis lumina ad clarissimas Beatorum Apostolorum PETRI & PAULI virtutes accedere pro viribus curavisse, & hac ratione ad Sanctorum gloriam in terris meruisse exaltari, quam jamdudum in Cælis inter beatissimos Cives fruebantur.

Venit Petrus Antiochia ad hanc Urbem, hic primam Sedem constituit, hic nequissimum debellavit Simonem, hic Jesu Christi Evangelium disseminavit. Venit huc quoque Paulus post navalem, ut Joannes Chrysostomus ait, pugnam, atque hic in Judæis & Gentibus in Christi Fide erudiendis dies noctesque laboravit. Ambo vitam & sanguinem pro Christi nomine effundere cupientes, ambo Romæ, eodemque die, gloriosam Martyrii coronam adepti sunt: Petrus quidem inverso capite cruci affixus, Paulus gladio capite obruncatus: ex quorum sanguine, veluti ex semine, tot beatorum Martyrum millia germinarunt, ut exuberante copia virtutis, & fidei, ut Cyprianus inquit, singuli Martyres numerari non possent. In his modo Fidelem de Sigmaringa numeravimus, qui ad prædicandum verbum Dei, & Catholicam Religionem ab hæreticis vindicandam, ab hac Apostolica

Sede in Rhatiam missus; invictis animo morti occurrens, ab hereticis interfectus est; & gloriosam sibi martyrii coronam comparavit.

Negavit ter Petrus, ab ancilla; & Judæis interrogatus, Divinum suum Magistrum. Persecutus est Paulus discipulos Christi, quos ad internecionem usque delere statuerat. Ad suam Petrus perfidiam flevit amare: & Paulus Divina vocis terrore correptus, humi stratus, factus est vas electionis, & ad Apostolicam dignitatem una cum Barnaba a Spiritu Sancto vocatus est. Quot ad poenitentiam ex præclaro horum exemplo excitati, ex improbis & impuris facti sunt egregie virtutis & sanctitatis lumina? Quot assiduis lacrymis sua descentes scelera, uberrimos poenitentiae fructus fecerunt; quibus immortalis deinde gloria in Cælis gaudere; & apud nos solemniter inter Sanctos recenseri meruerunt? His profecto Camillus de Lellis numerandus est qui, eadem vestigia persequens, non modo juvenilis suæ ætatis errores detestatus est, sed etiam reliquo vitæ tempore, tum animæ, tum corporis proximorum saluti impense addictus, heroicis, quibus Cælum promeruit, virtutibus maxime inclaruit. O quam bene sese ad Pauli doctrinam confirmavit! qui in prima ad Timotheum se blasphemum, & persecutorem; & contumeliosum, & primum peccatorem vocans: *Fidelis, inquit, sermo, & omni acceptione dignus, quod Christus Jesus venit in hunc Mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum: addiditque: Sed idea misericordiam consequutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Jesus omnem patientiam ad informationem eorum, qui credituri sunt illi in vitam æternam.* Ita plane Camillus misericordiam Dei consequutus, a scelere & flagitiis ad bonam frugem revocatus, inde meritis & virtutibus plenus ad gloriam Sanctorum meruit extolli.

Muime contentus fuit Petrus in Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam, & Bithyniam Jesu Christi Fidem intulisse, sed; ne quis in ea hæsitaret, aut ne quid ab ea alienum in Ecclesiam induceretur, epistolas binas canonicas scripsit, in quibus Sanctissimæ Leges ad reprimendos vitiorum impetus, ad resistendum nequitie diaboli, & ad æternæ vitæ hereditatem assequendam opportune traduntur. Hoc ipsam amplissime fecit Paulus decem & quatuor epistolis canonicis conscriptis, quarum sapientiam, & celestis doctrinæ copiam quis satis posset oratione complecti? Quanam eloquentia præ dignitate explicaret epistolam ad Romanos, sive binas ad Corinthios, sive ad Hebræos alteram, in quibus de fide, de bonis operibus, de virtutibus theologis, de vitis atque erroribus extirpandis, divina plane sapientia, & admirabili zelo fideles docet, cohortatur, inflammat? Atque hinc Episcoporum ad populos sibi commissos pastoralium epistolarum dimanavit consuetudo, per quas illi zizanias in medio tritici exorta eradicare conantur, & si qui mali usus, aut depravati mores irreperint, corrigere, ac reformare student. Hæc exempla quoque piis quibusdam in Ecclesia hominibus ansam dederunt, identidem religiosorum virorum Cætus, hujus Sanctæ Sedis auctoritate intercedente, reformandi, qui paulatim neglecta evangelicorum consiliorum observantia, a pristina virtutis gradu defecerant. Iter hujusmodi summa cum laude confecit Petrus Regalatus a Nobis super numero Sanctorum adscriptus; qui tot annos ingenti labore, incredibili austeritate vitæ, miraque humilitate, ac singulari prudentia, Ordini suo Franciscano, qui quibusdam in locis a veteri splendore desciverat, reformando totus incubuit; & assiduo heroicarum virtutum studio eam affectus est Sanctitatis laudem; quæ & Seraphico Ordini esset exemplum, nec

minus universa Ecclesie ornamentum.

Hierosolymis Petrus una cum Joanne in vincula conjectus est; & ab Angelo bis solutus a vinculis, quibus hominum improbilissimum perfidia illum obstrinxerat. Quod vero loquar vincula, flagella, lapides, naufragia, immisiones bestiarum, atque alia plurima, quæ passus est Paulus, quæque ipse ad Corinthios scribens enumerat, quamquam, ut Joannes Chrysostomus advertit, plura fuerint ab eo prætermittenda, quam numerata? Adeo ut, etiam si ei gladio mortem oppetere non contigisset, tot nihilominus acerba passus, quæ illi vitam omnino eripere debuissent, nisi superstes divinitus extitisset, profecto inter Martyres computaretur. Hinc porro gemina Cælo janua patefacta sunt: altera iis, qui effuso sanguine pro Christo cæsi sunt; & inter Martyres recensentur; altera vero iis, qui suppliciis, quæ pro fide fortiter passi sunt; superstites, jam olim Martyres vocabantur, nunc autem illustri Confessorum titulo decorantur. Hac altera via incesit Josephus a Leonissa, quem modo in Sanctorum Confessorum album retulimus. Hic per plures dies supplicium immane & exquisitum pro Christi nomine a barbaris invictis animo toleravit, atque inter cruciatus acerbissimos Evangelium prædicare non destitit. Quibus expeditus, nihil habuit antiquius, quam animas Christo evangelica prædicatione lucrari, suamque, excelsarum omnium virtutum, quas heroicas dicimus, sublimitate, sanctiorem in dies facere usque ad mortem, quam coram Deo pretiosam in pace obtinuit.

Commendavit Paulus in prima ad Corinthios virginitatis dignitatem, in cujus laude posuit multa, quæ ab eo statu derivantur, emolumenta. Nullum tamen de virginitate præceptum a Domino sese accepisse affirmavit, sed de illa tantummodo consilium se dare: *De virginitate præceptum Domini non habeo, consilium autem do.* Hæc autem Paulum Coapostolum, secundum datam sibi sapientiam, litteris tradidisse, Petrus in epistola secunda contestatur. Consilium quoque Pauli fuit, præter continentiam, orationem, jejunia, paupertatem, & obedientiam, colere: quibus in rebus potissimum sita est vitæ monastica ratio, a primis usque Ecclesiæ sæculis tam in viris, quam in foemina felicitè propagata. Recentiori vero memoria ad monasticam alia insuper accessit religiosorum hominum vita, eorum præsertim Ordinum, qui Mendicantes nuncupantur, in quibus non minus doctrina, quam sanctitate, complures ex utroque sexu Ecclesiam mire illustrarunt. Tres jam inclytæ foemina, Catharina Senensis, Rosa de Lima, & Agnes de Monte Politiano ex Ordine B. Dominici solemniter inter Sanctarum Virginum numero adscriptæ sunt; ad quas & Nos Catharinam de Ricciis modo aggregavimus, claustrali vitæ tam illustrem, tam humilem, tam poenitentiam addictam, & a Deo maxime locupletatam iis cælestibus donis, quibus ipse animas sibi acceptas in terris quoque cumulare consuevit.

Tandem Apostolorum Actus pleni sunt novis, & inusitatis miraculis, quæ Deus ad manifestandam gentibus Beatorum Apostolorum Petri & Pauli tum doctrinam, tum sanctitatem, operari sibi complacuit. Enimvero nolumus illa conferre cum iis, quæ Dominus agere dignatus est ad intercessionem, & preces quinque Beatorum, quos modo solemniter inter Cælestes recensuimus. Non ignoramus, varia esse miraculorum genera, varios gradus. Verum si hæc ad illa minus æquiparari valent, nihilominus hæc quoque ita naturæ vires excedunt, ut dubitari nullo modo possit, quin sint sanctitatis eorum, ad quorum merita facta sunt, luculentum expressumque Dei testimonium.

Ex his, quæ hæcenus dicta sunt, satis apparet, quam apte in hoc ipso Sanctorum Apostolorum PETRI & PAULI latissimo die hodierna Canonizationis solemnia celebrentur. Nunc autem, quoniam prope Aram constitimus, sub qua eorundem Beatorum Apostolorum cineres & ossa jacent, quid aliud restat, nisi ut ad vos gloriosi Apostolorum Principes, orationem nostram & preces humiliter convertamus? Tu quidem, Beatissime Petre, Venerabilem hunc Clerum de Cælo respice, qui abs te originem ducit, quique nomini tuo devotus te perpetuo colit: respice & Nos, qui in hanc principem omnium Cathedram a te institutam, & quæ Ecclesiarum omnium unitatis est centrum, impares licet meritis successimus. Tu vero, Beatissime Doctor Gentium Paule, populum hunc, quem te præ cæteris diligere, tuoque cordi inhære, litteris tuis significabas, peramanter respice. Ad vos enim, Parentes optimi, & amantissimi Urbis hujus Patroni, in tanta hujus diei celebritate, fiducia pleni confugimus, ut, vestris intervenientibus meritis, a Deo impetremus Catholicæ Fidei propagationem, Romanæ Ecclesiæ, quæ sanguinis vestri pretio fundata est, exaltationem, & sanctam rectam Apostolicam hujus Sedis dignitatem, cujus vindices & propugnatores vos semper extitistis. Ad vos deinde convertimur, Fidelis, Camille, Petre, Joseph, & Catharina, quos modo nostros apud Deum intercessores fore solemniter declaravimus, quosque fidelibus populis tanquam præclara virtutum exempla proposuimus: Vos quoque humili corde obtestamur, ut Christianam Religionem, ut Fidem, ut denique Apostolicam Sedem apud Deum orationibus vestris tegere ac tueri dignemini; Nobis præsertim in ærumnis, quibus in diem consistamur, & quibus Petri navicula jactatur, opem auxiliumque divinum implorantes. Spe magna nitimur, Deum, Vobis intercedentibus, Nos in medio mari periclitantes non relicturum. Habemus enim perpetuo ante oculos Petrum in mediis fluctibus, super aquas maris a Domino ambulare jussim, & naufragio perire metuentem: Quem Augustinus advertens, *In unda, inquit, exclamavit turbans Petrus, & dicat: Domine, salva me. Porrigit enim Dominus manum; & quomodo increpet dicens: Modica fidei, fidei, ut quid dubitasti? tamen a fluctibus rapit, & consistentem infirmitatem suam, atque illius auxilium postulantiem, perire non sinit.* Demum Gloriosi Principes Apostolorum, Beatique nuper in Sanctorum Catalogum relati, lenite iram Dei in furore suo terras arguentis: exorate omnipotentem Principem pacis, in cujus manibus sunt corda Regum, & sub quo curvantur, qui portant Orbem, ut Christianos Principes, diuturnis nimium dissidiis inter se decertantes, in pristina charitatis compagem restituat.

XVI.

Definitio, ac determinatio Causarum inter Regimen Bononiæ, & Communitates Medicinæ, Ganzanighi, Villafontana &c.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

SOLLICITUDINEM providi Principis cum in id præcipue deceat animadvertere, ut Provinciarum suarum recte instituta divisio inviolabiliter observetur, & qualibet inferiores Civitates, Oppida, Castra, & Villæ, in iis potissime, quæ spectant ad publicum cujuslibet Provinciarum regimen, & universalem administratio-

nem, majoris Civitatis, cui subsunt, ejusque legitimorum Præsidum jurisdictionibus, & sanctionibus obediant, ac unusquisque, cæterorum instar communia onera ferat, ne propter odiosas quorundam immunitates, & exemptiones, id, quod aliquibus indebitè remittitur, in magnum aliorum damnum refundatur; Ex debito proinde supremæ potestatis nostræ, quoties, turbato rerum ordine, alicujus Provinciarum unitatem scindi, & universitates, privatæque personas subjectionem excutere, atque ab oneribus se se subtrahere conspiciamus, & exinde lites, & discordias præsertim ab antiquo tempore exortas adhuc vigere, toties ad eas radicitus præcidendas, & extirpandas, ac tribuendum tandem unicuique jus suum, animum nostrum opportunè intendere non recusamus.

Sicut itaque accepimus, & aliunde quoque præcedenter ignotum Nobis non erat, inter Communitates Castri Medicinæ, annexarumque Terrarum Villafontana, & Ganzanighi ex una, & Administratores Datii magni, seu Gabella grossæ Civitatis Bononiæ ex altera parte, lis gravissima antiquitus exorta fuit super eo, an Communitates præfate ad hujusmodi Datii solutionem tenerentur, necnè; Quamvis autem (antiquioribus aliis Decretis consulto prætermittis) Auditor Generalis Legationis Anno millesimo quingentesimo nonagesimo, & subinde Auditor Vice-Legati Anno millesimo quingentesimo nonagesimo tertio unanimi sensu quoad possessorium induissent Medicinensibus beneficium mantentionis in quasi possessione præsentiarum exemptionum, & immunitatum, quoad petitorium tamen subinde pronunciatum fuit favore Administratorum Gabellæ; Eadem verò causa in gradu appellationis Auditorio Rotæ commissa, & coram bo. mem. Magistro Buratto tunc uno ex ipsius Rotæ Auditoribus proposita, post editum rescriptum, ut videretur de bono jure etiam ad effectum mantentionis, resolutum fuit Anno millesimo sexcentesimo decimo septimo, non esse dandum Mandatum de maturendo Administratoribus Gabellæ grossæ, & Anno deinde millesimo sexcentesimo decimo nono non esse locum descriptioni Mercium, juxta Decisiones ducentessimam octingentesimam quintam, & tercentessimam nonagesimam octavam inter impressas coram eodem Buratto. Cumque postea lis continuata fuisset sub examine petitorii, & pro parte Medicinensium deduceretur, quod licet per felicis recordationis Bonifacium Papam IX. Prædecessorem Nostrum Terra Medicinæ, annexæque Villæ fuissent Bononiensi Provinciarum unitæ, & incorporatæ, attamen per bonæ memoriæ Balthaxarem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Cossam nuncupatum, dum Legati munere fungebatur, ab eadem Provincia fuerant dismembrata, proinde coram eodem Buratto, & successivè coram similis memoriæ Magistro Ubaldo tunc dicti Tribunalis itidem Auditore, disceptato peculiari dubio super subsistentia recensitæ dismembrationis, resolutum fuit constare de dismembratione juxta alias Decisiones pariter impressas, octingentesimam vigesimam octavam coram Buratto, atque alias geminas coram Ubaldo, inter recentiores decisionem septuagesimam, & decisionem centesimam septuagesimam primam parte quinta tomæ primo, adversus quas decisiones cum Administratoribus præfatis deduxissent posteriores Apostolicas Literas præ recordationis Martini Papæ V. etiam Prædecessoris Nostri, per quas præfata dismembratione tanquam illegitima de medio sublata, memoratas Communitates, & Loca Bononiensium

Relatio litis jam dudum introductæ in eo, an Communitas Castri Medicinæ &c. teneatur ad solutionem Datii magni.

Pro-

& Loca Bononiensi Provincia reuniverat, & incorporaverat, adhuc tamen sub speciali dubio responsum fuit, reunionem Martini V. non suffragari, prout ex decisione quadringentesima nonagesima sexta parte quinta tomo secundo recentiorum.

Nova litis
instauratio
etiam super
aliis inciden-
tibus.

Quia verò quaestiones de unione, vel dismembratione praefatorum locorum, utpotè percutientes jurisdictionalia Civitatis Bononiae, non ad peculiare Administratores Gabellae grossae per felicis recordationis Eugenium Papam IV. usque ab Anno millesimo quadringentesimo trigesimo secundo Archigymnasio Bononiensi applicata, sed praesertim, & directè pertinebant ad Regimen Civitatis Bononiae in illa causa nequitiam citatum, cujus proinde jura infirmè, & non satis, aut plene deducta, haud poterant sic per indirectum laedi, aut vulnerari, hinc idem Regimen è re sua putavit, novum contra memoratas Communitates instruere Judicium, prout instruxit coram Congregatione Consilium. Verum deinde à recolenda memoria Urbano Papa VIII. Praedecessore quoque Nostro commissa hujusmodi nova causa tunc existentis Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Camerario, qui procederet cum Voto Camerae, haec postquam Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo primo demandavit, ut, pendente lite, Medicinenses summam pro oneribus solvi solitas deponerent juxta mentem Tribunalis, prout de facto in aliquibus quantitatibus fuerunt deposita, plures resolutiones edidit inter se varias; prius etenim rescriptis Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo nono, Communitates praefatas non esse de districtu, neque de Comitatu in casu, & ad effectum, de quo agebatur; Inde verò cum pro Gabella Vini, quae Cameralis est, Conductor Camerae Apostolicae Anno millesimo sexcentesimo octuagesimo primo Medicinenses adstringeret ad solutionem, ipsi verò praetenderent manutenendos esse immunes per Bononiae Regimen ab hoc non minus, quam a ceteris oneribus Cameralibus, memoratum Camerae Tribunal praetensionem huic primo loco adhaesit, at subinde Anno millesimo sexcentesimo octuagesimo secundo recedendo à decisio, declaravit Regimen non teneri: successively autem Anno millesimo sexcentesimo nonagesimo octavo sub novo examine positae resolutionibus Annorum millesimi sexcentesimi quadragessimi noni, & millesimi sexcentesimi octuagesimi secundi perstitum fuit in decisio Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo nono quoad onera Communitativa tantum, & in decisio Anno millesimo sexcentesimo octuagesimo secundo quoad onera Cameralia tantum, ita ut Regimen non teneretur manuteneri Medicinenses exemptos juxta conventiones Anni millesimi quadringentesimi undecimi, indultoque post hujusmodi rescriptum utrique parti beneficio nova Audientia, causaque repropo- sita die decimaquinta Junii Anni millesimi sexcentesimi nonagesimi noni, suffragia aequaliter scissa fuerunt, nullaque capta resolutione negotium principale remansit ab inde in posterum indecisum, etiamsi posterioribus, atque etiam intermediis temporibus, subalterna quadam quaestione coram pluribus Judicibus, & signanter Anno millesimo sexcentesimo septuagesimo quarto coram bonae memoriae Cardinali Bonacursio Legato, & Anno millesimo sexcentesimo octuagesimo sexto coram Magistro Costaguto tunc Camerae Apostolicae Clerico excitata fuerint, vel super assertis attentatis, & innovationibus pendente lite sequitis, aliisque incidentibus, & emergentibus, juxta varietatem casuum variis quoque Decretis resoluta.

Recursus
ad Pontif.

Recursus autem ad Nos habito ex parte Bononiensis Regiminis per supplicationes humi-

liter expositas prius ab olim Marchione Paride Maria de Grassis, & postea a dilecto filio Fulvio Comite de Bentivolis Civitatis Bononiae Senatoribus, & Oratoribus apud Sanctam Sedem, relativisque praedictis gravissimis, quae ceteris Bononiensis Provinciae Communitibus, Ararioque Civitatis notissimis de causis admodum exhausto, irrogata fuerant, & adhuc irrogabantur, ex quo Medicinenses, eorumque Confortes, per tempus ultra centenarium, sub motivo litis pendente, onera communitativa, & cameralia subire omnino recusabant, immo introductis, vel adactis quampluribus mercimoniis, nulla persolvebant datia, veritasque fraudes passim committebant; implorata fuit benignitas nostra, ut per opportunum, expeditumque remedium veteri huic gravissimo malo finis aliquando imponeretur, ne reassumpto judiciali tramite litis jam per seculum & ultra indecisa, renovatisque utrinque dispendiis, diu nimis contentionis terminus expectaretur; Materia verò, & petitio praefati Regiminis suprema providentia nostra dignè cum apparuerint, causam, & causas à quibusvis Judicibus, & Tribunalibus ad Nos revocavimus, utque omnia ritè, rectèque procederent, dilecto filio Magistro Clementi Argenvillers Praelato Domestico, & Auditori Nostro specialiter mandavimus, ut susceptis hinc, & inde scriptis informationibus facti, & juris per utramque partem praesentandis, illisque invicem communicatis, receptisque similiter responsionibus, & replicationibus, ac defensoribus colligantium, quantum oportuisset, oretenus etiam auditis; omnia Nobis distincto ordine referret.

Qui causam
ad se advocat.

Qua potestate facta, Pars utraque copiosissimas informationes impressas porrexit cum summarum recentiorum, tum veterum documentorum, praesertim verò eorum, quae in libro quodam Privilegiorum, atque exemptionum Medicinae Typis Bononiae dato Anno millesimo sexcentesimo sexagesimo octavo continentur. Illisque omnibus seculo examinatis, cum praefatus Magister Clemens Auditor Noster ad meliorem rei elucidationem, difficultates, quas mente conceperat, Partibus in scriptis pandisset, & Nos etiam, ne quid remaneret occultum, in Apostolicis secretioribus Tabulariis monumenta omnia etiam antiquissima ad rem facientia inquiri, atque inde extrahi fecissemus, hinc diffusissima responsiones, & replicationes utrinque supervenerunt, & ita non solum, quae antiquitas coram variis Judicibus Bononiensibus, quae pariter in Auditorio Rotae coram Buratto, & Ubaldo praedictis, quaeque rursus in tribunali Camerae, ipsa Camera interdum comparente, & jura Medicinensium coadjuvante, & coram aliis quoque Judicibus, sed quamplura insuper de novo inventa documenta deducta, & matura respectiva ponderatione ventilata fuerunt, ac per diuinam fere biennalem collustationem discussa.

Illam cogno-
scat.

Factaque demum ab ipso Magistro Clemente Auditore Nostro rerum omnium plenissima relatione, atque a Nobis ipsis inter tot gravissimas Principatus Nostri curas, ad Lancem Justitiae, & aequitatis, momenti omnibus rationum ab unaquaque parte expositarum perlustratis, atque libratis, cum sanè cognoverimus, negotium in duo potissima capita dividi; Unum scilicet, utrum Terra, & Communitates Medicinae, Villafontanae, & Ganzanighi fuerint, & sint de districtu, & Comitatu Bononiae, seu potius distinctum, & particulare Territorium constituentur; Alterum verò, utrum posito, quod sint de Comitatu, & districtu, reputari, tractari, & gubernari debeant ad instar ceterorum locorum, & Communitatum Comitatus Bononiae, tam in ordine ad jurisdictionalia, quam

Et quaestio-
num capita
ad duo re-
stringenda.

Decidit ut
infra.I.
Oppidum
Medicinæ,
& annexas
Terras esse
de Comitatu
Bononiensi.

respectu onerum tam Cameralium, quam communitativorum, seu potius legitime gaudere possint aliquo speciali privilegio, & exemptione: Divino semper implorato presidio, Motu proprio, certa que scientia, ac matura deliberatione nostris, & de Apostolica potestatis plenitudine, utramque controversia caput, in hunc, qui sequitur, modum, & formam, suprema auctoritate Nostra decidimus, & terminamus; Sicque perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari volumus, & mandamus videlicet.

In primis debito ordine a priori capite exordientes, cum recognoverimus, enunciatis Terras Medicinæ, Villafontanæ, & Ganzanighi usque ab Anno millesimo tercentesimo nonagesimo secundo per Bonifacium IX. Prædecessorem prædictum, Comitatu Bononiensi fuisse unitas, adnexas, & incorporatas, & quamvis memoratus Balthazar Cardinalis Anno millesimo quadringentesimo tertio illas ab eodem Comitatu dismembrasset, attamen dictum Martinum V. Prædecessorem successivè, Anno scilicet millesimo quadringentesimo decimo nono, dismembrationem antedictam, etiam tanquam nullam, & illegitimam revocasse, eademque Terras de novo Comitatu Bononiensi incorporasse pariter, & univisse, ita ut deinceps de Comitatu hujusmodi esse intelligerentur, ac ab omnibus ceteri deberent, & appellari, illasque Civitatis dominio, potestate, jurisdictioni, & arbitrio subjecisse, & supposuisse; Cumque iidem Nobis plenè confiterentur de subsequuta, & quidem in omni genere amplissima dictæ Martinianæ reunionis observantia, nam felix recordationis Sixtus Papa IV. similiter Prædecessor Noster, dum Anno millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto de consilio trium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium quæstionem confinium inter Bononienses, & Imolenses definiivit, non modo tales designavit confines, per quos reipsa memorata Terra intra ambitum Territorii Bononiensis necessariò includebantur, sed expressè quoque declaravit, Medicinæ Castrum Bononiensibus esse subiectum. Item ejusdem recordationis Noster pariter Prædecessor Julius Papa II. Anno millesimo quingentesimo septimo in geminis ejus literis in forma Brevis ad supplicationem Medicinensium indultis, & expeditis, eos de districtu, & Comitatu Bononiensi reputavit, & palam enunciavit, prout similiter similis recordationis Paulus Papa III. Noster iidem Prædecessor Anno millesimo quingentesimo quadragésimo septimo confirmando augmentum Salarii Prætoris Medicinæ a Bononiensi Senatu statutum, Medicinæ oppidum tanquam sub districtu, & dominio Civitatis Bononiæ existens, enunciare non dubitavit.

Quibus Pontificiis actibus cum adimplere comperti fuerint per duo fere secula ab unione Martiniana, usque ad tempus litis motæ per Regimen, alii publici, privati que Actus penè innumeris, comprehensionem Medicinensium sub districtu, & Comitatu Bononiæ unisonis semper expressionibus præferentes; Legati enim, & Vice-Legati, Auditores, alii que Judices Bononiæ in ipsimet sententiis super præsentis privilegii, & exemptionibus Medicinensium latis, qualitate districtualis, seu Comitatensem ad Medicinensium petitionem perpetuò enunciarunt; Medicinenses ipsi, eorumque uniti, in resolutionibus consiliariis, publicis Instrumentis, actibusque Judicialibus se se tanquam de Comitatu, & districtu Bononiensi asserere, exprimere, palamque evulgare non destiterunt, & ita quoque servarunt usque ad præfata tempora litis motæ Magistratus Bononienses in eorum provisionibus, & ordinationibus; qui præ-

terea non modo per Prætores à Regimine extractos, prout extrahuntur usque ad præsens; easdem Terras gubernabant, verum insuper Capitaneos deputabant, Consiliarios eligebant, bonorum communalium divisionibus præsidebant, data exigi faciebant, licentias pro contrahendis nomine Communitatis debitis impartiebantur, ceterosque Jurisdictionis Actus super prædictis, non secus, ac super ceteris subiectis Communitatibus exercebant.

His itaque omnibus, ac plerisque aliis probè consideratis, ac præsertim unione Bonifaciana, & reunionem Martiniana, tot subsecutis Pontificiis Actibus, ac diuturna, amplissimaque fere bis centenaria observantia communitatis, & comprobatis, quorum omnium, & singulorum tenores hic pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, aliisque iustis de causis nobis notis, animumque nostrum, etiam independentem à præmissis, rationabiliter momentibus; Supremo iudicio, & potestate nostra decernimus, decidimus, ac declaramus, & certa scientia, animique nostri matura deliberatione præcipimus, & mandamus, oppidum Medicinæ, annexasque Terras Villafontanæ, & Ganzanighi, earumque Territoria, & Communitates, & particulares Personas de districtu, & Comitatu Bononiensi fuisse, & esse, ac in posterum censendas, & reputandas fore, ad instar aliarum Communitatum Gubernio, & Civitati Bononiæ sine ulla controversia subiectarum, Exceptiones verò pro parte dictarum Communitatum late allegatas tam adversus unionem Bonifacianam ex capite asserterum revocationum, sive scilicet pro posteriorem ejusdem Bonifacii Prædecessoris Bullam editam die vigesima prima Decembris Anni millesimi quadringentesimi secundi, sive per dismembrationem factam Anno millesimo quadringentesimo tertio per antedictum Balthazarem Cardinalem, sive demum per Acta sessionis ultimæ Constantiensis Concilii, quam etiam adversus Martinianam reunionem, ex præsentis subreptionis, & obreptionis Capitibus, prout quoque ex vigesimo primo subobscurò, incoherente, ac prorsus inefficaci inter quadam dicti Eugenii IV. Prædecessoris Capitula, tamquam insubstantes, inanes, & irrelevantes, ac nullius roboris declaramus, atque rejicimus; Ac pro potiori cautela, dismembrationem præfatum jam à supra dicto Prædecessore Martino V. revocatam, ac de medio sublata, præfatumque iidem Capitulum vigesimum primum, nec non præfatas, & alias quascumque Sententias, Decreta, & Provisiones Legatorum, Vice-Legatorum, & aliorum quorumvis iudicum, ac Tribunalium, etiam Rotæ, & Camera Apostolicæ, & alia quævis in contrarium quomodolibet factientia, motu, scientia, & potestatis plenitudine prædictis revocamus, & abolemus, ac respectivè irritamus, & annullamus, recensitasque Bonifacianam, & Martinianam unionem, atque reunionem, contrariis quibuscumque non obstantibus, iidem motu, scientia, & Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium approbamus, confirmamus, & de novo concedimus, atque innovamus, illisque novæ, ac perpetuæ firmitatis robur adjicimus.

Hinc autem ad definitionem secundi ex duobus propositis controversiarum capitibus coherentem ad præmissa procedentes, eadem profectò Communitates in posterum, & in perpetuum per Sanctæ Sedis Apostolicæ Legatos, ac Bononiæ Regimen, ejusque Magistratus juxta pervulgata capitula felix recordationis Nicolai Papæ V., Gregorii Papæ XIII., & Gregorii Papæ XV. Prædecessorum Nostrorum, ac eo prorsus modo, & forma, quo cetera omnes indubitanter subiectæ Communitates tractantur,

II.
Communitates dicti Oppidi, & Terrarum unitarum gubernari debent à Legato Sanctæ Sedis, & Regimine Bononiensi.

& gubernantur, in omnibus tractari, ac gubernari precipimus, & mandamus: Id tantum quoad jurisdictionalia ex conventionibus usque ab Anno millesimo quadringentesimo undecimo inter Medicinenses, & Regimen tunc populare Civitatis Bononiæ initis, utpotè per Gregorium Papam XIII. Prædecessorem præfatum confirmatis, declaramus, & respectivè præservantes, ut scilicet Prætor à Civitate ad eorundem locorum gubernium de more mittendus, illorumque Incolis, & Habitatoribus in Civilibus, & Criminalibus jus diciturus, attendere, & observare debeat municipalia præfatarum Terrarum Statuta legitimè condita ante memoratam conventionem Anni millesimi quadringentesimi undecimi, quatenus adsint, & præsentibus nostris literis non adversentur; quatenus verò non existant, sicut etiam in iis, in quibus fortè non disponunt, procedat juxta Statuta Superioris Civitatis Bononiæ, ubi hæc de controversis materiis disposuerint, sin minus secundum juris dispositionem.

Quod verò attinet ad onera realia, personalia, & mixta, pro eo sanè, quod ad onera Cameralia spectat, ea videlicet, quæ à Romanis Pontificibus Ecclesiastica ditionis subditis imposita sunt, quæque juxta Constitutiones Apostolicas, & commune Doctorum placitum, sub Cameralium nomine veniunt, sive hæc directè per Cameram Apostolicam, ejusque Ministros, & Affictuarios, seu potius ab ipso Regimine, & Camera Bononiæ, ejusque Dacariis, & juribus, & in representantia præfatae Apostolicæ Camere exigantur: Ad hæc equidem onera, ad instar cæterarum huic Apostolicæ Sedi subjectarum Communitatum, Medicinenses quoque, eorumque unitos, ac Consortes, non minus pro præterito, quam pro præsentis, & futuro tempore omnino teneri, ac obligatos fuisse, & esse decidimus, definimus, atque mandamus: Bononienses verò ad illorum relevationem, seu reintegrationem, vel ad solvendum Cameralia onera pro ipsis Medicinensibus, & unitis, neque ex conventionibus Anni millesimi quadringentesimi undecimi, illarumque spiritu, seu interpretatione, nec alio quovis titulo, aut ratione adstringi potuisse, vel in futurum posse declaramus. Id ipsum verò, quod de Cameralibus oneribus definimus, atque præscribimus, ad onera quoque illa communitativa, Gabellas, & Datia, quæ ad Cameralium onerum solutionem applicata fuerunt, prout etiam ad alia communitativa, quæ vigeant ante conventiones Anni millesimi quadringentesimi undecimi, tamquam taxativè loquentes de exemptione ab oneribus ex tunc in futurum imponendis, extendimus, & ampliamus.

Quo vero ad alia onera decernit, ut in corpore.

Quo verò ad cætera onera communitativa, Gabellas, & Datia, quæ post præfatas conventiones per Civitatem, & Regimen Bononiæ legitimè fuerunt imposita pro publicis, & communibus ejusdem Civitatis, & Comitatus indigentis, & quibus respectivè cætera subiecta Civitati communia generaliter tenentur, pro illis quidem exemptionem, & immunitatem indultam, seu concordatam in præfatis conventionibus Anni millesimi quadringentesimi undecimi, attentata illarum confirmatione per dictum Prædecessorem Gregorium XIII. concessa Medicinensibus, eorumque consortibus suffragari decidimus, usque tamen ad diem quintam Novembris Anni millesimi sexcentissimi nonagesimi primi, & non ultra; ab eo vero tempore cum evulgata fuerit amplior, saluberrima Constitutio pie memorie Innocentii Papæ XII. Prædecessoris nostri revocatoria quarumvis exemptionum quomodocumque obrentarum, & indultarum, tam ab oneribus Cameralibus, quam etiam à Communitativis, etiam exemptiones

hujusmodi fuissent Apostolica quoque auctoritate semel, aut pluries confirmata, approbata, revalidata, & innovata, vel per Judicum auctoritatem canonizata, quam deinde Constitutionem felicis recordationis Clemens Papa XII. pariter Prædecessor noster per alteram editam idibus Januarii Anni millesimi septingentesimi trigesimali secundi confirmavit, & renovavit, à præfato proinde tempore editæ Constitutionis Innocentii XII., declaramus exemptiones omnes ab oneribus Communitativis, Datias, & Gabellis hujusmodi, contentas in conventionibus Anni millesimi quadringentesimi undecimi, unà cum earum quibusvis etiam Apostolicis confirmationibus, & judicialibus, vel extrajudicialibus approbationibus, & canonizationibus, omnino cessasse, & penitus abrogata remansisse, neque ad evitandam earundem Constitutionum censuram, nullum cujuscumque allegatæ onerositatis titulum Medicinensibus, eorumque Consortibus suffragari posse, & sic à tempore, ut supra, etiam ad onera prædicta Communitativa, Gabellas, & Datia tam præcedenter, quam subinde imposita, ac in futurum forsan imponenda, ad instar cæterarum oneribus hujusmodi subjectarum Communitatum perfolvenda obligatos fuisse, & esse decidimus, definimus, atque precipimus.

Ne autem ex antiqua, & pævetusta lite, quam hæc nostra perpetuò valitura definitione, Deo dante, qui pacis auctor est, & amator, terminamus, & extinguimus; alia nova lis exoriat, & subreseat super præteritorum onerum liquidatione à tempore, quo illa deberi mox supra statuimus, præmemoratas Communitates Medicinæ, Villafontanæ, & Ganzanighi ad eorum dumtaxat onerum sive Cameralium, sive Communitativorum, Daciorum, & Gabellarum solutionem cogi pro nunc, & compelli volumus, quorum dies cessit à Kalendis Januarii nuper incepti Anni à Nativitate Domini millesimi septingentesimi quadragiesimi sexti, & respectivè cesserit in posterum: Quo verò ad præterita onera, Datia, & Gabellas lite pendente maturata, & non soluta, superfederi mandamus in eorum exactione, donec fuerit verà eorum quantitas coram nobis discussa, & liquidata, quam propterea discussionem, & liquidationem nobis, & supremo judicio Nostro similiter reservamus.

Cum verò præter quæstiones coram Nobis primario propositas, & ut supra definitas, peculiariter pro parte Bononiensis Regiminis, atque Administratorum Dacii magni, quod vulgò *Gabella Grossa* nuncupatur, à Nobis postulare, ut Medicinensibus, eorumque Unitis, Opificia diversarum specierum tam introducta, quam fortè imposterum introducenda, omnino prohiberentur; propter damnum inde resultantem respectu dationum, quæ ab illis ratione pendentiæ litis denegabantur, tum quoad merces exteras, quæ contra Edictorum, Bannimentorum, aliarumque Provincialium Ordinationum leges, fraudulenter, & præterita immunitatis obtentu, introduci, & retineri dicebantur, tum denique propter earundem mercium extractionem, & disseminationem, quæ simili arrogata exemptione, per loca Bononiensis Provincia, cum publico, privatoque damno fieri asserebantur; Nos in hoc quoque supremum judicium Nostrium proferentes, opificia cujusvis generis Terris, aut Territoriis Medicinæ, Villafontanæ, & Ganzanighi, earumque Incolis, & Habitatoribus, sive jam introducta, sive imposterum introducenda, tamquam ad publicam utilitatem, & universale commodum tendentia, nullatenus interdicens. Quia tamen propter hoc nullum ipsi Civitati damnum, seu præjudicium in juribus suis irrogari

Et quid respectu onerum præteritorum.

Præservat in dicto Oppido, & Terris ea opificia, quæ soli Civitati non sunt attributa.

posse intendimus: Idcirco à supradicta permissione excipimus, & pro exceptis, & non comprehensis haberi volumus omnia, & singula Opificia, omnesque, & singulas Artes, quæ ex concessione Apostolica soli Civitati hæcenus indulta fuerunt, aut imposterum attribuentur; atque adeo in ipsa Civitate dumtaxat exerceri possunt, vel poterunt, privative, & exclusive ad reliqua loca Comitatus Bononiæ. Ne autem in iis quoque, quæ, ut supra permilla sunt, fraus ulla committatur quoad Onera, Dacia, & Gabellas, quibus præfatas Terras obnoxias esse declaravimus; Magistratibus Civitatis, ac dictorum Onerum, Dationum, & Gabellarum Administratores, ad quos spectat, & prout spectat, præcipimus, & mandamus, ut eorumdem Dationum, Gabellarum, & onerum exactiõni fidelitè incumbant, dictasque Terras, & earum Homines ad illorum solutionem omninò adstringant, cum eadem prorsus potestate, qua reliquos Comitatus, Terras, & Homines, eisdem Oneribus, Datis, & Gabellis obnoxios, cogunt, & adstringunt: Nec non pro fraudibus evitandis, aut detegendis, in Terris, vel Territoriis præfatarum Communitatum, & ubi magis opportunum reputaverint, Officiales, & Inspectores cum opportunis facultatibus ad sui libitum deputent, atque retineant.

Utrique demum Parti super præmissis omnibus perpetuum silentium imponimas, atque os occludimus, utque præsentis literæ plenarium semper effectum, & executionem obtineant, palam edicimus, & declaramus, quidquid à Nobis in eisdem literis sancitum, & definitum fuit, non solum pro recta Justitiæ administratione, & ea, qua fingimur supremi Judicis auctoritate decisum à Nobis, ac definitum fuisse, sed etiam pro Communi Bononiensis Provinciæ utilitate, aliisque de Causis superius memoratis, motu proprio, ac plenissima, quæ Nobis divinitus concessa est, supremi Principis potestate à Nobis statutum, decretum, atque sancitum esse.

Perpetuum
silentium
utrique Parti
impositis.

Clausulæ.

Decernentes præsentis literas, etiam ex eo, quod prædictæ Partes, & alii quicumque in præmissis quomodolibet interesse habentes, vel habere prætendentes, illis non consenserint, vel etiam, quantum forsitan optassent, auditum non fuerint, aliaque quavis de causa quantumvis juridica, & legitima, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessariò exprimenda foret, aut ex quocumque capite à jure, vel factò, aut Statuto, seu consuetudine aliqua resultantè, seu etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, aut quocumque alio colore, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vicio, seu intentionis nostræ, aut alio quocumque defectu notari, impugnari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aliudve facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concessio, & impetrato, quempiam uti, seu se juvare in Judicio, vel extra posse; sed easdem præsentis, omniaque, & singula in eis constituta, decreta, & definita, semper, & perpetuò valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari, eisque omninò acquiesci. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, nec non ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, & Vice-Legatos, atque alios quavis auctoritate, & potestate fungentes, ac dignitate, & honore

fulgentes, in quavis causa, & instantia, sublatà eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, definiri, & interpretari debere, irritum quoque, & inane, si secus super his, vel eorum aliquo a quoque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca Dilecto Filio Nostro Georgio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali ab Auria nuncupato, Nostro, & Sedis Apostolicæ de Latere Legato Bononiæ commoranti, expressè committimus, quatenus statim visis præsentibus, ad immediatam, & integram earum executionem, quocumque judiciali actu postposito, brachium suum fortiter, & efficaciter impertiat, sicque ipsum Georgium Cardinalem Legatum, ceterosque pariter ejus successores in perpetuum pro tempore futuros Legatos, ac Vicelegatos, quoties, & quandocumque requisiti fuerint, sua auctoritate semper adesse volumus, & mandamus, ut quilibet a Nobis sive respectu Jurisdictionis, sive respectu solutionis onerum Cameralium, & Communitativorum, omnisque generis Dationum, & Gabellarum, per ipsas præsentis definita, & constituta sunt, expeditum, & plenarium finem, & effectum omninò fortiantur, & obtineant, quocumque recursum, appellationem, seu inhibitionem cujusvis Judicis, & Tribunalis, omninò posthabitis, & non attentis, præterquam commissiõne nostra dumtaxat, aut successorum nostrorum manu signata.

Commissio
Cardinali Le-
gato pro
tempore pro
præmissorum
observantia.

Non obstantibus, quatenus opus sit, de non tollendo jure quaesito, aliisque nostris, & Cancellariæ Apostolicæ regulis, ac recolenda memoriæ Pii Papæ IV. Prædecessoris nostri de gratis interesse prædictæ Cameræ Apostolicæ quomodolibet concernentibus in eadem Camera registrandis, & insinuandis, aliisque Apostolicis, etiam in Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, nec non Civitatibus, & Provinciæ Bononiensis, ac Communitatum prædictarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis respectivè Statutis, Consuetudinibus, usibus, & stabilimentis, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, illis, earumque Præfidentibus, & Personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis decretis, etiam per modum Statuti, & perpetuæ ordinationis in genere, vel in specie, ac alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis; Privilegiis pariter, Diplomatis, Literis Patentibus, Capitulis, Conventionibus, Decretis, Sententiis, & aliis contentis in libro, cui Titulus: *Privilegia, Exemptiones, & alia ad favorem Communitatis Medicinæ*: Bononiæ impresso Anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo octavo, Decisionibus quoque, & Sententiis editis contra Administratores Gabellæ grossæ prædictæ coram Buratto, & Ubaldo antedictis, ac rescriptis omnibus prædictæ Cameræ Apostolicæ, & Judicatis quibuscumque cujusvis Judicis, & Tribunalis quacumque potestate fungentis, etiam Legati à Latere, Vicelegati, & Governoris Generalis: Quibus omnibus, ceterisque contrariis quibuscumque, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per Clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso,

Derogatio
contrariis.

& forma in illis tradita, servata, inferti forent, presentibus pro plenè, ac sufficienter expressis, & infertis habentes, illis aliàs in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè, ac latissimè, & plenissimè motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus harum serie derogamus; Eaque respectivè, quatenus presentibus nostris Literis quomodolibet adversari comperiantur, irritamus, revocamus, abrogamus, & abolemus.

Voluimus autem, ut earundem presentium Transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ definitionis, sanctionis, declarationis, Constitutionis, Decreti, Statuti, Mandati, abrogationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorè Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo sexto, septimo Idus Martii Pontificatus Nostri Anno VI.

J. Datarius,

Pro D. Card. Passioneo.

Joannes Florinus Substitutus.

VISA DE CURIA

I. C. Boschi.

J. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

Fides præstanda transumptis.

Sanctio.

Die 9. Martii 1746.

XVII.

De Retinenda Crucifixi Salvatoris Imagine palam & visibiliter exposita super Altaribus, ad quæ Missarum Sacrificia peraguntur.

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, Episcopis, & Ordinariis Ditionis Ecclesiasticæ.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

ACCIPIMUS præstantium Virorum testimoniis jampridem in quibusdam Pontificiæ Ditionis Civitatibus inductam esse consuetudinem, quæ licet pietatem, ac religionem præferat, Ecclesiæ tamen institutis, ac disciplinæ plurimum adversatur. Idem Nos ipsi deprehendimus in aliquibus Ecclesiis hujus nostræ Romanæ Urbis, & aliis pariter, quæ Episcopis Suburbicariis subjiciuntur. Quapropter muneris Nostro deesse magnoperè videremur, nisi de hac remoneretur illi, qui pro spiritali hujus Civitatis regimine Ministri a Nobis constituti sunt, & alii, qui Suburbicarios Episcopatus, vel alterius Civitatis in Ditione Pontificia sedem obtinentes curam gerunt animarum.

In Altaribus, quæ per Ecclesias erecta sunt, & in quibus Sacrum fieri consuevit, præter majorem Tabulam, quæ vel depictam, vel incisam exhibet imaginem Sancti, in cujus nomen, & memoriam Altare consecratum est, adjungi cepit alia minor Tabula, in quâ vel coloribus exprimitur, vel ære, ligno, aut marmore inciditur Effigies alterius Sancti, itaut Crux auferatur, quæ, juxta Rubricas, inter Candelabra collocari debet: Cum verò neminem lateat,

rem Divinam confici non posse, nisi Crux cum Imagine Sanctissimi Crucifixi super Altari constituitur, hinc minori Tabulæ superadditur exiguus adeo Crucifixus, ut neque Presbyteri celebrantis oculis facillè occurrat, neque ab ullo alio distingui fermè possit, nisi hic diligenter perscrutetur, utrum super Altari revera Crucifixi Imago proposita fuerit.

Equidem non improbamus, quod idem Altare in plurium Sanctorum nomen, ac memoriam dedicetur, quodve in majori Tabula aut unus tantum, aut plures etiam Sancti pingantur, vel denique, quod alia minor Tabula collocetur inferior, aut alio quocunque modo, ubi unus, vel plures Sancti Fidelium venerationi proponantur. Illud permittere nullatenus possumus, quod Missæ Sacrificium in his Altaribus celebretur, quæ careant Imagine Crucifixi, vel ipsa incommodè statuatur ante Presbyterum celebrantem, vel ita tenuis & exigua sit, ut ipsius Sacerdotis & Populi assistentis oculos penè effugiat: Id enim alienum est a Legibus, & Institutis Ecclesiæ, quæ in Rubricis, aliisque Ecclesiasticis Sanctionibus continentur: Id etiam maxime contrarium est Sacræ antiquitati, & Ecclesiarum, etiam Orientalium, consuetudini; itaut certissimum sit violari Leges Ecclesiæ, si exigua solum Imago Crucifixi præfigatur minori Tabulæ, vel Statuæ Sancti, qui superadditur, ut illum Fideles venerentur.

In Rubricis Missalis tit. de præparatione Altaris, & ornamentorum ejusdem, hæc leguntur: Super Altare collocetur Crux in medio, & Candelabra saltem duo cum Candelis accensis hinc & inde in utroque ejus latere. In Romano Pontificali titul. de Consecratione electi in Episcopum; cum sermo est de Altari, ubi consecrandus Episcopus Sacrum operatur usque ad Offertorium, quo peracto Missæ Sacrificium prosequitur in alio Altari, ubi Episcopus consecrans rem Divinam facit; in eo, inquam, Pontificali hæc habentur: In Cappella verò minore pro Electo, quæ a majore debet esse distincta, addatur Altare cum Cruce, & duobus Candelabris. Cereemoniale autem Episcoporum postquam lib. 1. cap. 12. commemoravit Candelabra, & Candelas, hæc addit: In quorum medio collocabitur Crux ex eodem metallo, & opere, præalta, itaut pes Crucis æquet altitudinem viciniorum Candelavorum, & Crux ipsa tota Candelabris supereminet, cum Imagine Sanctissimi Crucifixi versa ad anteriorem Altaris faciem.

Nos ipsi verba fecimus de hoc veteri ritu collocandæ Crucis in Altari, cum Sacrum peragitur, in nostris Commentariis De Sacrificio Missæ, quæ Italico sermone a Nobis confecta fuerunt par. 4. sect. 1. num. 17. ac sequentibus: Plura deinde addidimus sect. 1. §. 18. & 19., cum ipsa latine reddita lucem iterum publicam adspexerunt. His etiam adjungimus, ob vetustatem præsertim hujus Ritus, tantam venerationem, cultumque semper exhibitum fuisse Cruci, quæ in medio Altari collocatur, cum Missæ Sacrificium conficitur, ut Novatores ipsi magis infensi, illam de medio auferre pertinuerint, cum suam Coenam instituunt; hæc testatur Gretserus in suo Tractatu de Cruce cap. 23. tom. 1. ejus editionis, quæ postremò typis vulgata fuit.

Si verò disciplinam Orientalium inspiciamus, Græcis in more positum est, ut ad Portam Regiam Sanctuarii utroque latere Imagines Christi Domini, ac Beatæ Virginis, & super Altari Crucem unâ cum Libro Sanctorum Evangeliorum constituent: In Lyturgia verò Copto-Arabica, quæ desumpta ex manuscriptis Codicibus Vaticanis impressa fuit anno 1736. in Collegio Urbano de Propaganda Fide, pag. 33. indicitur Sacerdoti celebranti, ut Benedictionem

Pont. improbare non intendit, ut plures Sancti in uno Altari Fidelium venerationi proponantur.

Sed ad Missæ Sacrificium celebrandum non permittit, ut parva Crux super Altari ponatur.

Præceptum Rubricæ Missalis in hac parte.

Item Pontificalis Romani.

Item Cereemonialis Episcoporum.

Scientia Pontificis in ejus Opere de Sacrificio Missæ.

Concordant Ritus Orientalium.

Causa scribendi desumitur ex consuetudine, quæ licet pia, Ecclesiæ tamen disciplinæ adversatur.

In Altaribus præter majorem Tabulam, alia minor collocatur, & Crux inter Candelabra posita auferatur, & illius loco parva Crux minori Tabulæ superadditur.

cum Cruce Populo impertiatur, eam deinde osculetur, ac Diacono tradat, qui ipsam super Altari collocat: Postremò Ritus Syriacus Maronitarum eadem prorsus decernit, quæ in Rubricis Romani Missalis præscribi superius indicavimus. Nam Patriarcha Stephanus *lib. 3. tract. 2. sect. 4.* ita scriptum reliquit: *Mos iste in omnibus Ecclesiis inolevit, ut super Altaris gradum salutifera Crucis vexillum collocetur.* In Synodo etiam Nationali, quæ coacta fuit anno 1736. in Monte Libano, quam Literis Apostolicis Nos ipsi confirmavimus, *par. 2. cap. 13. de Sacrosancto Missæ Sacrificio can. 8.* ita sancitum est: *Super Altare collocetur Crux in medio, & Candelabra saltem duo cum Candelis accensis hinc & inde in utroque ejus latere.*

Scriptores, qui sacros ritus explicarunt, nonnullas disputationes instituunt; ac primò, utrum satis sit nudam Crucem in Altari statuere, an Imago Crucifixi addenda simul videatur. Equidem Rubricæ Missalis solam Crucem commemorant. Cùm tamen Cereemoniale Episcoporum Crucem una, & Crucifixum nominet, idem communi Ecclesiæ consuetudini consentaneum sit, hanc idem sententiam probandam nemo sapiens dubitabit. Ita sentiunt Savantus, Claudius la Croix, qui *lib. 6. par. 2. de Sacrificio Missæ num. 318.* fatetur; ob veterem communemque usum, sine Imagine Crucifixi, quæ pendeat à Cruce, rem Divinam fieri non posse, nisi necessitas intervenerit: Et profectò initio Ecclesiæ, cùm Fideles concitare ad furorem Gentiles magnopere timerent, si Christum Crucifixum publicè adorandum proponerent; Crucem tamen pluribus modis exornatam palam exponebant, atque incisum, vel depictum Cruci apponebant Agnum, qui Typus amantissimi Salvatoris semper habitus est, ut eo saltem modo Crucifixi Imaginem exhiberent: Id conspicitur adhuc in nonnullis hujus Civitatis Ecclesiis, & testimonio etiam Magrii comprobatur in *ejus Hierolexico, in vocabulo CRUX.*

Secundo loco inquiritur, utrum Crucifixus pendens a Cruce debeat in Altari constitui, etiam si Salvator noster Crucifixus in majori Tabulâ Altaris depictus, aut cælatus appareat. Savantus id quidem probat; alii verò necessarium id minime arbitrantur, dummodo tamen Crucifixus in majori Tabula vel pictus, vel cælatus, primum locum obtineat præ cæteris omnibus, quæ in eadem Tabula exprimuntur. Ita censent Pasqualigus *de Sacrificio Missæ quest. 716.*: Quartus ad Rubricas Missalis *par. 1. tit. 20. dub. 10.*: & Giribaldus *de Sacramentis in tract. 5. de Sacrificio Missæ cap. 9. dub. 2. num. 20.*: Huic pariter sententiæ se conformavit Congregatio Sacrorum Rituum, uti constat ex responsione, quam ipsa promulgavit anno 1663., & quam Meratus recenset *tom. 1. par. 1. tit. 20. de præparatione Altaris num. 6.*, & in Indice Decretorum eodem *tom. par. 2. num. 400.*

Tertio loco queritur, utrum Crucifixus in Altari collocari debeat, cum Sacrificium Missæ in eo conficitur Altari, ubi positum est Tabernaculum, in quo Pyxis cum Sacris Particulis continetur; cum præsertim eidem Tabernaculo parva Crux cum Imagine Salvatoris Crucifixi semper præfigatur. Equidem in Cereemoniali Episcoporum hæc habentur. *Non incongruum, sed maxime decens est, ut in Altari, ubi Sanctissimum Sacramentum est, Missæ non celebrentur, quod antiquitus observatum esse credimus:* in veteri Cereemoniali, cum Clemens VIII. Pontificatum gereret, ita legebatur, *quod antiquitus observatum esse videmus.* Attamen id prorsus difficile nonnullis videtur, ob eam causam, quod, ut ipsi argumentantur, cum unicum Altare in veteribus Templis extrui soleret, aut Divina Eucha-

ristia in eis conservata non fuisset, aut nullum Missæ Sacrificium in eis esset institutum: Aliter verò sentiant ii, quibus cognitum perspectumque est, eum morem fuisse antiquitus, ut Sacra Eucharistia in Ecclesiæ Sacratio servaretur, vel in decenti Armario, quod parieti configebatur, uti nunc etiam perspicimus in Basilica Sanctæ Crucis in Jerusalem: Idem perpendit Mabillon in *Museo Italico tom. 1. pag. 89., ac tom. 2. pag. 139.* At quod in præsentem ingerit difficultatem, nec ullum ab examine propositæ controversiæ liberum facit, illud est, quod, juxta vigentem disciplinam, Sacra Eucharistia conservatur in Tabernaculo, quod est positum super uno ex Altaribus Ecclesiæ, & quod in eo passim Missæ celebratur; cùm, sedulo perpenso Cereemoniali textu, deprehensum sit, eum prædictæ celebrationi absolute non ob stare; uti Christianus Lupus expendit *tom. 11. recentioris editionis in Disseratione de Sacris Processionibus pag. 356.* Hanc itaque controversiam quum alias Nos ipsi expendere in supracitatis Commentariis *de Sacrificio Missæ par. 4. sect. 1. num. 18.*; illorum sententiam probavimus, qui existimant Crucifixum inter Candelabra statui debere, neque parvam Crucem, quæ Tabernaculo præfigitur, satis esse, ne Rubrica violeatur, quemadmodum inferius explicabimus. Idemque censuit Congregatio Sacrorum Rituum anno 1663. uti perspicitur ex Indice Decretorum, quem Meratus exhibuit, *par. 2. tom. 1. num. 400.*, ubi hæc leguntur verba: *Crux parva cum Imagine Crucifixi posita super Tabernaculum, in quo asseratur inclusum Sanctissimum Sacramentum in Altari, non est sufficiens in Missæ, sed poni debet alia Crux in medio Candelabrorum.*

Quarto loco disputatur, utrum Crucifixus inter Candelabra collocandus videatur, cum Sacrum peragitur in eo Altari, ubi Divina Eucharistia non includitur Tabernaculo, sed publicè Fidelium venerationi exponitur. Id necessarium esse putavit Sacrorum Rituum Congregatio die 14. Maji anno 1707. Hoc enim petitum fuerat: *An super altare, in quo Sanctissimum Sacramentum expositum est, Crux de more collocari debeat.* Sic autem responsum est: *Nunquam omittebam Crucis cum Imagine Crucifixi oppositâ collocationem.* Porro quum Nos ipsi tunc in minoribus constituti Coadjutorem Promotoris Fidei gerentes, ipsius loco eidem Congregationi præsentem adfuerimus, adhuc memoriâ retinemus, in illa sententiâ ferendâ varia fuisse ac discrepantia suffragia, cautumque deinde fuisse, ne ipsa sententia in lucem ederetur. Itaque res iterum deducta est in examen initio Pontificatus Nostri die 2. Septembris anno 1741. in eadem Congregatione Sacrorum Rituum, quæ postquam omnia diligenter accuratèque perpenderit, decrevit, ut quælibet Ecclesiæ morem & institutum, quod antea servaverat, in posterum quoque retineret. Et quidem pro Cruce ab Altari removenda; dum Missæ in eo celebratur, & super eo publicè venerationi Eucharistia exposita est, parum urget, quod nonnulli asserunt, indecens esse, ut Christi Imago in eo loco sit, in quo Christus ipse sub specie panis realiter præfens est, & ab omnibus sub eadem specie panis videtur: id quippe prorsus contingit, quoties Sacerdos in quolibet Altari rem Divinam faciens, materiam Eucharistiæ consecravit; nec enim Ecclesiæ unquam decernendum putavit, ut, peracta Consecratione, Crux ab Altari removeatur. Quemadmodum nec asserentibus Crucem necessariò esse debere in Altari, in quo expositum est Sacramentum publicè venerationi, si in eo Missa celebretur, quidquam prodesse potest, quod in publica Eucharistiæ expositione significetur triumphus, & gloria Salvatoris, in Missæ autem Sacrificio ejusdem

De questione, an sufficiat super Altari Crux nuda, vel debeat esse cum Crucifixi.

De alia questione, an poni debeat Crux, quando in Tabula Altaris est depictus Crucifixus.

Item, an poni debeat Crux quando adest Tabernaculum cum Sanctissima Eucharistia.

Item poni debeat Crux, quando est expositum SS. Sacramentum.

mors representetur; cum Ecclesia, tam in actione Missæ, in qua Eucharistia consecratur, quam in conclusione precum, quæ coram eadem jam consecrata & Fidelium venerationi palam exposita recitantur, unâ eademque Collectâ æque utatur, quam S. Thomas Aquinas confecit, nimirum: *Deus, qui Nobis sub Sacramento mirabili passionis tuæ memoriam reliquisti, tribue, quasi sumus, ita nos Corporis & Sanguinis tui sacra Mysteria venerari, ut redemptionis tuæ*) hoc est passionis, ac mortis) *fructum in nobis jugiter sentiamus.* Quæ cum ita se habeant, Rituumque Interpretes & Scriptores, ob ea, quæ mox relata sunt, in varias abierint sententias, satis commendari non possunt ea, quæ prudenter, sapienterque decreta fuerunt a prædicta Sacrorum Rituum Congregatione, nempe, ut quælibet Ecclesia vel Diocesis suam retineat consuetudinem; itaut nihil immutetur in ea Diocesi, ubi Crux in Altari confluit soleat, dum Missa celebratur, etiam si Sacra Eucharistia publicè profertur: neque nova disciplina exciteur in ea Diocesi, ubi contraria hujuscæ rei consuetudo jam pridem invaluerit.

Pontifex omnia super hac re proposuit, ut perspicuum sit consuetudinem, quæ invaluit alienam esse a Sacro Ritu.

Hæc omnia diligenter exposuimus, non quidem, ut hac de re plenum iustumque tractatum adornarem, sed ut ex eis cognitum esset atque perspicuum, quam alienum sit a Sacris Ritibus id, quod plures temerè & inconsultò peregerunt, nempe ut Sacrum facerent ad Altaria, in quibus Crux haud promineat inter Candelabra, sed exiguus tantum Crucifixus præfigatur Tabulæ alicujus Sancti, qui vel depictus, aut cælus majori Tabulæ Altaris adungi consuevit.

Si etenim, juxta Rubricas Missalis, Crux inter Candelabra statuenda est; si, juxta Cæremoniale Episcoporum, Crux ipsa cum Imagine Crucifixi Candelabris supereminere debet; si, juxta sensum Congregationis Sacrorum Rituum, non satis esse judicatur exiguus Crucifixus Tabernaculo infixus, cum Missa celebratur ad Altare, ubi Pyxis cum sacris Particulis in Tabernaculo includitur; si in præsentem non agitur de Altari, in cuius Tabula Imago Salvatoris Crucifixi primo loco Fidelibus exhibetur; nec minus de Altari, in quo Sacra Eucharistia publicè adoranda proposita sit; nemo est, qui non videat, praxim, de qua agitur, recentem indutam, proprioque Marte a privatis personis usurpatam, ex prædictis dicendam esse omnino improbatam; eoque magis, cum ex exiguo Crucifixo, qui præfigitur Tabulæ ejus Sancti, qui Altari superadditur, ea profectò utilitas non consequitur, quam proponit Ecclesia, dum Crucem inter Candelabra collocandam decernit. De hac re præclarissimus Vir Cardinalis Bona ita scriptum reliquit *Rerum Liturgicarum lib. 1. cap. 25. num. 8. : Ab aspectu siquidem Crucis Sacerdoti celebranti Passio Christi in memoriam revocatur, cuius Passio viva imago, & realis representatio hoc Sacrificium est, mortem eruentem Salvatoris nostri incruente exprimens, tamquam idem Sacrificium, quod in Cruce oblatum est, quomodo diverso modo offeratur : His postremis verbis indicatur orthodoxa doctrina, quam Tridentina Synodus declaravit sess. 22. de Sacrificio Missæ cap. 2.*

Adhortatio Pont. ad Episcopos, ne irrepat consuetudo adversus Sac. Ritum.

Itaque, Vos omnes, Venerabiles Fratres, ad quos hæc Apostolica scripta dirigimus, curam magnopere impendite, ne vestras in Dioceses irrepat consuetudo, quam superius explicavimus; quod si jam ipsa invaluerit, humanitatem prius, ac deinde severitatem, si opus fuerit, adhibentes, illam penitus convellite. De Sacrificio Missæ res agitur, adeoque nemo vestrum ignorat, a Tridentino Concilio eam tribui auctoritatem Episcopis, & Ordinariis Locorum, ut etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegati corrigere valeant pravæ consuetudines, quæ Ritu Missæ celebrandæ adversantur; Ita clarè desumi-

tur ex sess. 22. in Decreto de observandis, & evitandis in celebratione Missæ. Neque Vos lateat, nullum esse privilegium, aut immunitatem, quæ delinquentibus in hac re suffragari possit, ut vestra ab auctoritate, pœnisque per Vos irrogatis vindicentur; Idem sæpius confirmavit Sacra Congregatio Tridentini Concilii interpres, Decreto inhaerens ejusdem Synodi, quod paulò ante memoravimus: Id Fagnanus testatur ad Cap. Grave, num. 46. de Officio Ordinarii: his verbis: *Et generaliter hoc Decretum (de quo superius dictum est) censuit Sacra Congregatio comprehendere etiam Regulares, quantumvis exemptos, eosque ea omnia, quæ ab Ordinariis Locorum circa observanda, & evitanda in Missarum celebratione statuta fuerint, omnino servare teneri, ad idque etiam pœnis, & censuris Ecclesiasticis ab eisdem Ordinariis cogi & compelli posse.* Nos quidem his Literis eandem auctoritatem, quæ jam præditi estis, iterum Vobis confirmamus. Illud monendum superest, eam Nobis mentem haud esse, ut Imagines Sanctorum, quæ majori Tabulæ Altaris superadditæ sunt, de medio auferatis, cum fortasse defuturi non essent invidi, qui ut pietati vestræ maculam inirent, in vulgus disseminarent, Vos nullâ duci religione in eum Sanctum, cujus Imaginem Fidelium venerationi subducitis: Illud Vobis præcipimus, ut nullo modo patiamini rem Divinam fieri ad hujusmodi Altaria, nisi Crucifixus inter Candelabra ita promineat, ut Sacerdos celebrans, ac Populus Sacrificio assistens eundem Crucifixum facillè, & commodè intueri possint; quod evenire nequit, si exigua solum Crux minori Tabulæ defixa Fidelibus exhibeatur. Si ejusmodi corruptela in Diocesim non valde propagata est, facillè extingui poterit, si privatim Regulares aut Seculares Ecclesiarum Superiores de hac re moneantur: Sin autem latè per Diocesim invaluerit, tunc a Vobis Edictum necessariò promulgandum erit; quod his nostris Literis conformetur. Plura scribere Vobis præmittimus, quos prudentia, ac doctrinæ laude satis præstantes existimamus Auctoritatem nostram, ut rem perficiatis, & quoties opus fuerit, Vobis petentibus nunquam defuturam pro certo habeatis. Interim Fraternitatibus Vestris, & Populis cura vestræ commendatis Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die XVI. Julii MDCCXLVI. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Dat. die 16. Julii 1746.

De Residentia Episcoporum.

XVIII.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

AD universæ Christianæ Reipublicæ statum, & ad Ecclesiasticarum Legum custodiam, & Fidelium Populorum salutem, tam magni refert singulos Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesiis præpositos, in ipsis Ecclesiis, vel Diocesis sibi creditis assidue residere; ut difficile sit aliud ullum reperire Ecclesiasticæ disciplinæ caput, quod aut Conciliaribus Canonibus atque Decretis, aut Apostolicæ Sedis Constitutionibus & Sanctionibus, tam sæpe tamque impensè inculcatum fuerit & commendatum. Ut autem antiquiora Canonica statuta prætereamus, Nobis satis erit innere, quid hæc de re decreverit Sacrosancta Tridentina Synodus sess. 6. cap. 1. & sess. 23. cap. 1. de Reform.; tum ea quæ recol. mem. Prædecessor

Pontificum & Conciliorum sollicitudo quoad residentiam Episcoporum.